diſponere ad tantã vel maioꝛẽ grãm q̃
habuerint angeli. Scđm igiꝛ diſpõneꝫ
gr̃e introduciꝛ foꝛma vltima:ſicut pꝫ de
btã virgine q̃ qꝛ grãm oĩb⁹ angelis ex
cellentioꝛẽ habuit:iđ exaltata eſt ſuper
oẽs choꝛos angeloꝝ ⁊ dignitate p̃mij ⁊
loci. Alij aũt ſancti ſm̃ ꝓpoꝛtionẽ ⁊ q̃li
tatẽ gl'e aſſumunꝛ ad diuerſos oꝛdines
qꝛ q̃daꝫ aſſumũtur ad oꝛdinẽ ſeraphin.
q̃dam ad cherubin. ⁊ ſic de alijs. ⁊ foꝛte
multi ſup oẽs oꝛdies: q̃ fuerũt in gl'a et
meritꝭ gl'e p̃uilegiati. Poſtremo certũ ẽ
ꝙ oia merita noſtra efficaciã ⁊ virtutẽ
hñt a merito xp̃i: ⁊ ita cooperaꝛ meritũ
xp̃i oib⁹ meritꝭ nr̃is:aliter enĩ nõ ſuffice
rent merita noſtra. Nõ ſic aũt angelis
qm̃ vt dr̃ Heb.ij. Nuſq̃ angelos appꝛe
hẽdit ſꝫ ſemẽ abꝛahe. Qm̃ igiꝛ merituꝫ
xp̃i p̃cedit a gl'a p̃ma q̃ſi infinita. iđ ꝟtu
te meriti xp̃i coopantꝭ meritꝭ ſctõꝝ hoiꝫ
q̃ nõ in vacuũ gr̃am xp̃i receperũt:ſꝫ ſm̃
illã ꝑfecerũt ſꝫ poſſe ſuũ põt fieri ꝙ me
ritũ hoiſ ſcti maioꝛẽ hꝫ efficaciã reſpe
ctu p̃mij q̃ habuerit meritũ angeli. Qꝛ
igiꝛ ſtat⁹ btitudinis erit i celo empyreo
vt dictũ ẽ ſup̃:i quo celo ẽ imutabilitas
⁊ ꝑfecta ſtabilitas bti certi erũt ꝙ etiã i
ſua btitudine ꝑpetuo manebũt. ⁊ i illis
oꝛdinib⁹ angeloꝝ in q̃b⁹ aſſumpti erũt.
Iſte igiꝛ ẽ ſtat⁹ ad quẽ vocamur p nr̃m
thema. Uenite ben.⁊c. Tertio dixi ꝙ
hec glia erit ꝑpetua ꝓpť mẽtis q̃etatõeꝫ
Ubi ſciendũ ꝙ creatura rõnalis iđ ꝙ
talis ẽ facta eſt ad imaginẽ dei in potẽ
tia cognoſcẽdi ⁊ diligẽdi. Sic dic aug.
Nã h̃ ipſo ꝙ eſt expꝛeſſa imago dei hꝫ ne
ceſſariã oꝛdinatõeꝫ ⁊ relationẽ ad ip̃aꝫ
nec ꝯſeruaꝛ niſi in ip̃o: ⁊ iđ ip̃e de⁹ ẽ ime
diate finis creature rõnalis ⁊ vltim⁹. ⁊
iđ ſũme nata eſt delectari in ip̃o. Hoc
ip̃o aũt ꝙ ſũme nata ẽ delectari in ip̃o ⁊
ꝑfici nata ẽ ip̃m ſũme diligere:qꝛ ſũma
delectatio nõ põt eẽ ſine ſumma dilectõ
ne. ⁊ iđ naturalẽ hꝫ potẽtiaꝫ ad ip̃ꝫ ſum
me dilegẽdũ ſibi inditã ⁊ imp̃ſſam ſꝫ ꝙ
vult aug.li.de tri. Et etiã dicit Boe.iij
de ꝯſo.pſa.ij. ꝙ mẽtib⁹ hoim i ſerta ẽ ſũ
mi boni cupiditas. Qꝛ tñ iſta potẽtia ẽ
reſpectu ſupioꝛis ſe. iđ lꝫ ſit naturaꝛ tñ
eſt ex ſe inſufficiẽs ⁊ incompleta. ⁊ iđ nõ
põt exire ad actũ niſi p educẽs aliqđ ſu
peri⁹ ꝙ ſit ꝓpoꝛtionabile tã potẽtie q̃ a
ctui q̃ etiã obiecto. Hoc ẽ charitas ſiue
gl'a: iđ ſine ipſa nõ p̃t naturalis potẽtia
amatiua dei idita creature rõnali in a
ctũ exire. h̃ eſt in actũ diligẽdi ſũme ſiue
ad diligẽdũ deũ ſup ſe ⁊ ſup oia ſine cha
ritate. Tenẽda eſt igiꝛ iſta ſnia:qꝛ mi
nus videꝛ extẽdere poſſe nature ⁊ dimi
nuere p̃uilegiũ charitatis ⁊ gl'e. Sicut
ḡ videm⁹ ꝙ materia hꝫ potẽtiã natura
lẽ ad oẽs foꝛmas: ⁊ tñ ad illas ñ attigit
ſine educẽte. Sic ẽt videm⁹ ꝙ creatura
rõnalis naturalẽ hꝫ potẽtiã ad grãm ⁊
btitudinẽ:q̃ tñ ex ſe nõ p̃t exire i actũ ꝑfe
ctũ ſine educẽte ſiue adiutoꝛio determi
nato ⁊ oꝛdiato a datoꝛe illi⁹ potẽtie Ex
ẽplũ hẽm⁹ de oculo cui lꝫ data ſit potẽtia
vidẽdi coloꝛes:ñ tñ p̃t eos videre ſine ad
iutoꝛio lucꝭ exterioꝛꝭ. Exẽplũ ſitr̃ đ aue
cui dſunt pẽne:q̃ tñ naturalẽ hꝫ potẽtiã
⁊ aptitudinẽ ad volãdũ ⁊ appetit h̃ ⁊ itẽ

dit ad hoc ⁊ mouet ſe: ſed tñ nõ erit i ac
tū pfectū volandi: donec debeꝛ ſibi pē
ne. Et hoc eſt qḋ dic̄ Aug. in li. de fide
ad petrū in hec v̄ba. Spūs eternos h̄
eſt imortales creauit deus ⁊ eiꝰ facul⸗
tatē atq̃ intelligētiā: cogitādi: cogno⸗
ſcēdi: diligēdiq̃ diuinitatꝭ infudit: quoſ
tñ creauit vt etiā ꝑ ſeipſis eū diligeret.
Aptitudo eñ i p̄dicta auctoritate a be
ato Augu. appellaꝛ facultas diligēdi.
Adueniēte igitur gratia p̄ie ipſi volū⸗
tati facit ipam exire in actū ſumme di⸗
lectõis: ac p h̄ facit expiri ⁊ guſtare qm̄
dulcis eſt dñs: ⁊ p hoc moueꝛ ad ip̄ꝫ de
um ſumme diligendū: ⁊ i eo q̇etatur. et
ſup hoc p cognitõez huiꝰ q̇etatõis certi
ficaꝛ ꝙ in hac gl̄ia ppetuo manebit. vñ
Ber. ca. xij. de diligēdo deo dic̄. Cū in
troductꝰ fuerit ſeruꝰ bonꝰ ⁊ fideꝛ i gau
diū dñi ſui. ⁊ inebriatꝰ ab vbertate do⸗
mus dei: tūc eñ ebriꝰ miro quodā mo⸗
do oblitꝰ ſui ⁊ a ſe velut deficiēs penitꝰ
totꝰ pget in deū. ⁊ deiceps adherēs vnꝰ
cū eo ſpūs erit: arbitror ꝓphetā h̄ ſen⸗
ſiſſe cū diceret. Introibo in potētiā dñi
dñe memorabor iuſticie tue ſoliꝰ. Itē
in eodē lib. dicit ꝙ ibidē quartꝰ amoris
gradꝰ ppetuo poſſidebiꝛ cū ſumme ⁊ ſo
lus diligetur deꝰ: quia nec noſipſos ni⸗
ſi ꝓpter ip̄m iam diligemꝰ. O btm̄ gau
dium. O amor ſanctꝰ ⁊ caſtus. O dul⸗
cis ⁊ ſuauis affectꝰ. O pura ⁊ defecata
intētio volūtatis. Sic affici deificari ē
Quō eñ ſtilla aque modica: multo īfu
ſa vino deficere a ſe tota videꝛ. vñ ⁊ ſa⸗
porē vini induit ⁊ colorē. Et quō ferrū
ignitū ⁊ candēs igni ſimillimū fit p̄ſti⸗
na ꝓpaq̃ exutum forma ita inebriata
illo amore ſuauiſſimo tota deificata
erit ⁊ in deū trāſformata: ⁊ tota a ſeip
ſa deficiēs. Et q2 nā alid appetere va⸗
lebit: ois ſui deſiderij ꝯpos q̄ſq̃ btūs in
hanc pacē ⁊ quietē pmanebit Ad hanc
aūt quietē p thema nr̄ꝫ aduocamur. ſ.
Uenite bñdic. ⁊c. Dixi q̄rto ꝙ hec erit
firma a tētio ꝓpter ꝯpletā reditõem. Ui
dēmus eñ ꝙ dū circuiēs faciēdo circu
lū redit ad punctū a quo incepit: tūc q̇e
ſcit ⁊ ampliꝰ circulariter nõ moueꝛ: ſic
creatura rõnalis cū imediate a deo ſit
creata cū ad ip̄m redit p grām et gl̄iaꝫ
tūc quieſcit: ⁊ hoc eſt qḋ ipe deus dixit.
Apoc. i. Ego ſum alpha ⁊ o. p̄ncipiū ⁊
finis. Et puerb. xvi. ſcribiꝛ. Uniuerſa
ꝓpter ſemetip̄m opatꝰ eſt deꝰ. hic eſt fi
nis noſter quē quottidie petimꝰ. quem
quottidie deſiderare videmur dū ora
mus dicētes. Adueniat reg. t. Hoc re⸗
gnū petimꝰ aduenire a xp̄o nob̄ ꝓmiſ⸗
ſū xpi paſſione ⁊ ſanguie q̄ſitū vt q̇ xp̄o
in ſeculo añ ſeruiuimꝰ poſtmodū cum
ip̄o regnāte regnemꝰ. Bñ aūt regnū ce
leſte petimꝰ q2 eſt ⁊ terreſtre regnū cui
ſi renūciauerimꝰ regno eterno regna⸗
bimꝰ. Sed orātes nõ infructuoſis nec
nudis p̄cibꝰ ad deū veniamꝰ: q2 ſcriptū
eſt. Math. vij. Non ois q̇ dic̄ mihi dñe
dñe: intrabit in reg. ce. Multi eñ ſicut
dic̄ apl̄s ad Titū. i. Cōfitētur ſe noſſe
deū factꝭ aūt negant. Recordemur il⸗
lius petitõis m̄ris filioꝝ zebedei Mat.
ij. vbi dr̄. Qḋ acceſſit ad xp̄m mater fi⸗
lioꝝ zebedei cum filijs ſuis adorās ⁊ pe
tens aliq̇d ab eo. Qui dic̄ ei. Quid vis.
At illi. Dic vt ſedeant hij duo filij mei
vnꝰ ad dexterā tuā ⁊ altꝰ ad ſiniſtrā in
regno tuo. Rñdenſ aūt ieſus dixit. Ne
ſcitis q̇d petatis. vbi ait Criſ. Res tā
p̄cioſa vili p̄cio nõ ꝯpatur. M. agnū la
borē neceſſe ē nob̄ impēdere ſi volumꝰ
ad celeſtia regna ꝑuenire. Regnū enī
dei eſt p̄mū in intētiõe: ſꝫ vltī i executõe
vñ Criſ. ſup illo v̄bo. Mat. vij. Que
rite p̄mū regnū dei ⁊ iuſticiā eꝰ. ait. Re
gnū dei eſt retributõ bonoꝝ opeꝝ. iuſti
cia aūt eſt via pietatꝭ p quā itur ad re⸗
gnū. Si ḡ die ⁊ nocte cogites q̄lis erit
gl̄ia ſctõꝝ vel q̄lis erit interiꝰ impioꝝ
neceſſe eſt vt aut ꝓpter timorē pene ter
ritꝰ recedas a malo: aut ꝓpꝛ deſideriū
gl̄ie excitatꝰ feſtines ad bonū. et ſi quot
tidie cogitauerꝭ q̇ ſit iuſticia dei ⁊ qḋ o⸗
dit ⁊ qḋ amat ip̄a iuſticia oñdit tibi vi
as ſuas: naꝫ iuſticia ſic odiētes ſe fugit
ſic amātes ſe ſeq̇tur. hec Criſ. Uide ḡ
ſi vis redire ad p̄ncipiū tuū ad deū tuū
vt ſeq̄rꝭ iuſticia: qm̄ hec ē via q̇ te ducet
ad regnū eternū ad qḋ cū redieris ſecu



rus es ꝙ nūq̄ꝫ exibis ꝓpo dicēte. Ioh̄. vi.
Eū q̇ venit ad me non eijciā foras. Ad
hāc igitur ſecuritatē ⁊ regnū perpetuū
inuitamur per v̄ba aſſumpti thematis
Uenite bñdicti ⁊c.

## Quarta gloria aīe in

regno celeſti erit veꝝ gau⸗
diū ⁊ leticia. De hac aūt le
ticia ſiue gaudio q̄runt do
cto. ⁊ ſpāl̄r Richar. de me. vil. di. xliij.
iiij. Utꝝ i volūtate btā ſit idē realr̄ frui
tio ⁊ gaudiū. Et rñdendo ait. Qḋ frui
tio ⁊ gaudiū btõꝝ nõ ſunt realr̄ idē. Il⸗
la eñ fruitio ē ſummo bono clare viſo
pfecto amore inherere ꝓpter ſeipſum.
Amor aūt gaudiū nõ ē. Cauſatur eñ
gaudiū ex amati boni p̄ntia vñ btõꝝ
gaudiū eſt aliq̄ ſpūalis paſſio involūta
te cāta ex pfecto amore ſummi boni p
clarā viſionē ⁊ pfectā dilectõeꝫ vniti aīe
ſeu ſibi p̄ntis. h̄ Rich. Uñ videmꝰ q̄ñq̃
ꝙ mꝛ tenerrime diligēſ filiū: nõ gaudet
etiā ſi ip̄m videat ⁊ habeat p̄ntem ⁊ fe⸗
raꝛ actualr̄ in amorē alias ipedita ab
hmõi gaudio ꝓpter aliquā infirmitatē
Hoc exēplū clare manifeſtat dilectõeꝫ
⁊ gaudiū nõ eſſe idē. In illa tñ magnifi
ca gl̄ia nihil poterit impedire q̇n ex di⸗
lectõe pfecta ſeq̇tur maximū gaudium
Uñ idem doctor q̄ſtione ſeq̄nti recitat
duas opiniones. vnā q̇ dic̄ ꝙ q̄uis gau
diū btõꝝ ſit btītudinis quoddā accñta⸗
le ꝯplemētū ab ip̄a btītudine inſepabiꝛe
per q̄cūq̃ v̄tutē creatā: tñ nõ eſt de eſ
ſentia btītudinis. eſſentia eñ btītudīs
ꝯſiſtit in pfecta ꝯiūctõe creature rõnaꝛ
cū deo. gaudiū aūt btõꝝ nõ eſt de rõe hꝰ
ꝯiūctõis cū nõ ſit viſio nec fruitio. Nec
eſt ſumma ſecuritas. de q̇ dcm̄ eſt: ſꝫ eſt
aliq̇d cauſatū ex iſtis. Uñ ē p ſe effectꝰ
btītudinis de neceſſitate ꝯñs ad ipſaꝫ.
hec ille. Exēplū videmꝰ de igne de cuꝰ
eſſentia nõ eſt calor: ſed tñ ſeq̇tur de ne
ceſſitate nature ad ip̄ꝫ. Aliā aūt opini
oneꝫ recitat di. ꝙ alijs videꝛ ꝙ gaudiū
ſit de eſſentia btītudīs: q2 eſt de rõne p⸗
fecte vnionis volūtatꝭ cū ſummo bono
Uoluntas eñ vniꝛ ſummo bono nõ tñ
mouēdo ſe imediate in ip̄ꝫ ꝓpꝛ ſe q̇ mo⸗
tus ē amor fruēs: ſed et imediate patiē
do ab eo q̄ paſſio ē gaudiū. Que iſtarū
opinionū ſit v̄ior p nūc nõ diffinit: ſꝫ h̄
certū ſit ꝙ i illa ꝯiūctõe ⁊ vnione aīe no
ſtre ad deū erit ſumma delectatio. Frā
ciſcꝰ ḋ marchia i fine. iiij. ſup ſen. dic̄ cū
p̄ma opinione ꝙ btītudo ñ ꝯſiſtit i dile
ctõe. q2 ipſa ē paſſio ꝯñs actū dilectõis
Hec ille. Hoc vtiq̃ gaudiū erit.
Euacuans gaudiū mundanū.
Inebrians ſubiectū humanū.
Non generans vllū faſtidiū.
Sed ſatians hois ſtudium.
Primo dixi ꝙ h̄ gaudiū euacuabit gau
diū mūdanū: imo q̇ gaudēt hic illic gau
dere nõ poterunt. hi ſunt de q̇bus diciꝛ
Sap. ij. Uenite fruamur bonis q̇ ſunt
⁊ vtamur creatura tāq̄ꝫ in iuuētute ce⸗
leriter vino p̄cioſo ⁊ vnguētis nos iple
amus ⁊ nõ p̄tereat nos flos tp̄is. Co⸗
ronemꝰ nos roſis añq̄ꝫ marceſcāt. Ta
les ſunt mūdani q̇ eſtimāt hoīes ſolum
ad h̄ factos vt hic accipiāt ꝯſolatõnes
ſuas. De q̇bꝰ eodē li. Sap. xv. dr̄. Eſti
mauerūt luſū eſſe vitā nr̄am et ꝯuerſa
tionē vite ꝯpoſitā ad lucrū ⁊ oportere
vnūquēq̃ etiā ex malo acq̇rere. O gau
diū mūdi quot hoīes de illo ineſtiabiliꝛ
gaudio nõ curātes decipis: quot ad in⸗
ferna deducis nouit deꝰ imo ſunt adeo
fatui ꝙ dū nil aduerſi nil mali tp̄alis
eis euenit. dicūt ſe a deo diligi nõ ꝯſide
rātes illḋ. Act. xiiij. Per multas tribu
latões oꝫ nos itrare i regnū dei. Et. i.
Pe. iiij. Si iuſtꝰ quidā vix ſaluabiꝛ im
pius ⁊ pctõr vbi pebūt. Et v̄e illud exē⸗
plū in vita btī ambroſij ſcriptū ē bñ me
morie ꝯmēdādū. Nā ibi legibꝰ ꝙ cū ipe
ambroſiꝰ Romā pgerꝫ. ⁊ in quadā vil
la tuſcie apḋ quendā hoīeꝫ nimiū locu
pletē hoſpitatꝰ fuiſſet illū hoīeꝫ ſup ſta
tu ſuo ſollicite inq̇ſiuit. Cui ille rñdit.
Statꝰ meꝰ dñe bñ felix extitit ⁊ gl̄ioſꝰ
ecce eñ diuitijs abūdo infinitis ſuos ⁊
ancillas ꝯplures habeo. copioſaꝫ filio
rū ⁊ nepotū turbaꝫ poſſideo ⁊ oia ſp ad
votū habui: nec vnq̄ꝫ mihi aliq̇d aduer
ſū accidit vel qḋ ꝯtriſtaret euenit. Qḋ

audiens Amb. vehemẽter obſtupuit: ⁊
his q̇ ſecũ in comitatu erãt dixit. Sur
gite ⁊ hinc ꝗcitiꝰ fugiamꝰ: q: dñs nõ ẽ
in loco iſto: feſtinate nec ĩ fugiẽdo mo⸗
rã facite nec h̃ diuia vltio nos ꝯꝑhẽdat
⁊ in iſto parit̃ nos iuoluat. Cũ ġ fuge⸗
rẽt ⁊ aliꝗtulũ ꝓceſſiſſent ſubito ſe terra
aperuit ⁊ hoiez illũ cũ vniuerſis q̇ ad il
lũ ꝑtinebãt: ita abſorbuit vt nullũ inde
veſtigiũ remanerz. Qđ cernẽs Ambro.
dixit. Ecce frẽs ꝙ miſericordit̃ deꝰ ꝑcit.
cũ aduerſa tribuit ⁊ ſeuere iraſcit̃ cũ ꝓſ
pſpera elargit̃. In eodẽ aũt loco fouea
ꝗdã ꝓfundiſſima remãſiſſe dr. q̇ vſqꝫ ho
die in huiꝰ teſtimoniũ ꝑſeuerat. O ꝗtũ
igit̃ ꝑiculũ oĩa huiꝰ mũdi ꝓſꝑa: oĩa gau
dia ⁊ vana hĩc ad nutũ. Queramꝰ igit̃
gaudere ĩ futuro. ⁊ ſi gaudere h̃ velimꝰ
gaudeamꝰ oẽs in dño iuſte viuẽdo. deo
nr̃o obediẽdo: q: ex hoc gaudio ĩꝑfecto
ad illđ gaudiũ ꝑfectũ trãſibimꝰ. Unde
apl̃s Phil. iiij. Hoc duplex gaudiũ inſi
nuãs ait. Gaudete in dño ſꝑ. ſ. h̃ bona
vſqꝫ ĩ finẽ ꝯtinuãdo: iter dico gaudete.
Quaſi dicerz ex h̃ gaudio quo hõa agi
tis ĩ gaudiũ ꝑfectũ trãſibitꝭ. Et xp̃s dic̃
diſ. ſu. Ioh. xvi. Amẽ amẽ dico vob. q̇a
plora. ⁊ flebi. vos. mundꝰ aũt gaudebit
vos aũt ꝯtriſtabimi. ſꝫ triſticia vr̃a ver
tet̃ in gaudiũ Hoc ẽ gaudiũ plenũ atqꝫ
ꝑfectũ quo oẽ gaudiũ euacuabit̃ fatuũ
⁊ mundanũ. Tales hti ſꝑ gaudebũt in
dño. Ad hoc igit̃ gaudiũ vocamur. cuꝫ
dr in themate. Uenite bñ. ⁊c. Scđo di
xi ꝙ hoc gaudiũ adimplebit ſubiectũ hu⸗
manũ dicẽte ꝓph̃a de ſctis ⁊ electꝭ exñti
bus in gl̃ia. Inebriabũtur ab vbertate
domꝰ tue ⁊ tor. volu. t. po. tab eos. Qđ
exponẽs Nico. de lyra ait. Inebriabũt̃
i. ſaturabũt̃ ab vbertate do. t. i. domꝰ ce
leſtis gl̃ie ⁊ tor. volup. po. eos. Hoc in⸗
q̇t addit̃ ad oñdendũ ꝑfectiõez refectio
nis gl̃ie. q: apđ nos refectio ꝑficit̃ ex ci
bo ⁊ potu. Hec ille. Et bñ inebriari di
cunt̃: qm̃ btitudo ꝯſiſtit in ꝑfectiõe ꝯple
tiſſima Ibi eñ hõ erit ꝯpletiſſimꝰ ĩ mo
ribꝰ in ſciẽtijs ⁊ in delitijs. Quelibꝫ eñ
potẽtia hꝫ ibi ſuũ ꝑfectiſſimũ ꝯplemen
tũ. nã intellectꝰ ẽ ꝑfectꝰ in ſciẽtijs. volũ
tas in delitijs. iraſcibilis in eminẽtijs.
Eſt eñ rõnalis q̇ tendit ad verũ ⁊ iđ ꝑfi
citur in ỽitate ſciaꝝ. ꝯcupiſcibil̃ q̇ tẽdit
in bonũ: ⁊ iđ eſt ibi bonitas oĩꝫ delitia⸗
rũ. iraſcibilis q̇ tendit ad arduũ: ⁊ ideo
eſt ibi arduitas oim dignitatũ: honoꝝ
⁊ eminentiaꝝ: ⁊ ita gaudio ⁊ leticia cõ
plebit̃ creatura rõnalis: h̃ ẽ ꝙ ſumme
deſideramꝰ. ſ. delitias ⁊ gaudent̃ viue⸗
re. Si eñ ſpes futuroꝝ bonorũ eſt hoĩ
maxia delectatio: q̇d erit ⁊ ꝗta ipa de⸗
lectatõis poſſeſſio. Uere mirabil̃ ieſti⸗
mabilis erit illa delectatio. Sic igr̃ vi
uamꝰ vt hãc delectatõez h̃ ꝑfectiſſimuꝫ
gaudiũ habeamꝰ. Nũc igr̃ nõ delectemꝰ
in mal̃ delectatõibꝰ quibꝰ diuerſimode
hoies a diabolo capiũt̃. Dr eñ Gen.
iij. Uidit mulier ꝙ bonũ eſſet lignũ ad
veſcẽdũ: ⁊ pulchrũ ocul̃ aſpectuqꝫ dele⸗
ctabile: tulit de fructu illiꝰ ⁊ cõedit: de⸗
ditqꝫ viro ſuo. Hoc fuit lignũ de quo ꝓ
hibitũ fuerat ade ne cõederet: cõtra qđ
faciẽtes ꝑmi parẽtes: q: delectati ſunt
ꝑadiſuꝫ ꝑdiderũt. O deꝰ quot hoibꝰ dele
ctatões carnis: delectatões mũdi: veſtiũ
ornatꝰ in viris ⁊ mulieribꝰ erũt cã dã⸗
natõis. Iđ dr Luc. vi. Ue vob diuitibꝰ
q̇ hic habetꝭ ꝯſolatõez vr̃aꝫ: ve vob q̇ ſa⸗
turati eſtis: q: eſuri. ⁊c. ve vob q̇ ridetꝭ
nũc: q: lugebitꝭ ⁊ flebitꝭ. Delitie ei mũ
di lꝫ in ꝑncipio ſunt dulces: in fine ỽo
ſunt amare nimis. Iđ dic̃ Ioh. Apocꝭ.
c. xviij. Quãtũ gl̃ificauit ſe ⁊ in delitijs
fuit tm̃ date illi tormẽtũ. Delitie eñ ſt̃
laquei diaboli q̇bꝰ q̃ſi totꝰ mũdꝰ capit̃ ſi
cut ad oculũ videmꝰ. vñ ſiſes ſumꝰ alle
cibꝰ q̇ vbicũqꝫ lumẽ viderint ibidẽ talit̃
delectãtur ꝙ illuc ꝯcurrunt ⁊ capiũtur
Fugiamꝰ igr̃ has delectatões ⁊ inq̇ra⸗
mus illã ſuꝑnã delectatõez q̇ nõ hẽbit fi
nẽ. Illa eñ ẽ ꝑfecta delectatio q̇ acq̇rit̃
vias vite inſeq̇ndo. vñ ꝓph̃a. Notas mi
hi fe. vi. vite adim. me. le. cũ. vult. t. d. i.
d. t. v. in finẽ. Ad hãc igit̃ delectatõez i⸗
uitamur cũ dr nob. Uenite be. ⁊c. Zꝰ di
xi ꝙ h̃ gaudiũ ſiue delectatio non gn̄at
vllũ faſtidiũ. Hec eñ eſt vna dr̃ia inter
gaudia ⁊ delectatões mũdi ⁊ ꝑadiſi: q:
hec gaudia mũdi tandẽ faſtidiũt et di⸗



ſplicentiã generãt. Uidemꝰ eñ ꝙ ſi q̇s
gaudeat in delitijs carnis vtpote in bi
hẽdo ⁊ comedẽdo ꝗtũcũqꝫ cibi ſint bo⸗
ni vel vina optima final̃r ỽtũtur ĩ nau
ſeã: imo pñt nocere ad mortez. Conſi
dera oĩa alia in q̇bꝰ hoies ſolẽt gaude⸗
re ⁊ letari ſiue ſint honores: ſiue digni⸗
tates: cantꝰ: choree: ⁊ cetera hmõi oĩa
hñt fine[illegible]ẽ. Prouer. xiiij. Riſus do
lore miſce[illegible]: et extrema gaudij luctus
occupat. Gaudiũ aũt ⁊ delectatio glo
rie celeſtis nunꝗ diſplicebit: ſed ſꝑ pla
cebit: imo viſio dei ⁊ delectatio erĩt tãte
ꝯplacẽtie ⁊ delectatõis ꝙ vt dicit Pe. c.
i. ꝑma cano. Ipſe deꝰ ẽ in quẽ deſiderãt
angeli ꝓſpicere. Sꝫ q̇rit glo. Cur cer⸗
nere deſiderãt cuiꝰ faciẽ cernere nunꝗ
ceſſant. Et ſoluit ipa glo. q: ꝯtẽplatio
diuine ꝑſentie ita ãgelos btificat vt eiꝰ
viſa gl̃ia ſatiẽtur et eiꝰ ſꝑ dulcedinẽ q̃ſi
noua inſatiabilit̃ ſiue infatigabilit̃ eſu
riãt. Et greg. Celeſtes delicie habite
appetitũ excitant. terrene aũt faſtidiũ
generãt. Eccl. xxiiij. Qui edunt me ad
huc eſuriẽt. ꝓpter hoc dic̃ ſpõſa. c. v. ꝙ
ſpõſus eiꝰ ẽ totꝰ deſiderabil̃. et Heſter
viti. Ualde admirabil̃ es dñe et facies
tua plena ẽ gr̃aꝝ. Hoc etiã ꝯueniet ip⸗
ſis hoibꝰ btis q̃ erunt in illa gl̃ia ſicut
angeli dei. Et h̃ eſt multũ difficile nob
ad intelligẽdũ. ſ. eſſe in tãta delectatõe
⁊ nũꝗ faſtidiri: ſed ſꝑ iocũdiſſime illaꝫ
poſſidere: ſꝫ ita ẽ certitudinal̃r. q̇a alit̃
nõ eſſet ſumma felicitas ſi aliq̇d triſte
poſſet illic accidere Hoc gaudiũ ⁊ hãc
delectatõez ſpũ diuino faciẽte itelligẽs
regius ꝓph̃a ait. Guſtate ⁊ videte. q.
ſua. eſt. do. Ubi ait Nico. de lyra. q̃ſi di
ceret ꝑ experimẽtũ poteſtis ꝓbare qm̃
ſuauis eſt dñs. Et loq̇tur ad modũ ho
minũ dulcedinẽ vini ꝓbantiũ. q: ꝑmo
modicũ deguſtãt ⁊ ex hoc cognita eius
dulcedine alliciũtur ad ampliꝰ guſtan
dũ. Sic hoies deuoti ꝑcipiẽtes aliq̇d đ
dulcedine dei alliciũtur ad ãpliꝰ guſtã
dũ. Aduertẽdũ tñ ꝙ ꝓbãtes dulcedinez
vini illđ modicũ qđ ꝑguſtãt ſuꝑ linguã
diu retinẽt. Sic ſentiẽtes diuinã dulce
dinẽ dñt eaꝫ ꝗdiu pñt retinere: q: h̃ eſt
quoddã preludiũ btitudinis future: ꝓ
pter qđ ſeq̇tur Btũs vir qui ſperat ĩ eo.
Talis eñ ꝑguſtatio diuine dulcedinis
auget ſpẽ future beatitudinis. Et licꝫ
apud hoies nimia familiaritas aliq̃n
pariat ꝯceptuꝫ. tal̃ tñ familiaritas dei
ad hoiem qua ei cõicat in pñti vita ſuã
dulcedinẽ magꝭ auget reuerentiã filia
lem hoĩs ad deũ. ideo ſubdit̃. Timete
dñꝫ. o. ſ. e. q. n. eſt in. o. t. e. Ex h̃ eñ ꝙ
ſentiũt in ſe diuinaꝫ ꝑſentiã. mõ ꝑdicto
ſufficit eis ꝓ omi bono. imo alia bona
eis deſipiũt: niſi ꝗtuꝫ neceſſitas exigit
hec de lyra. Si igr̃ deꝰ tm̃ ſapit ĩ via q̇d
faciet in pr̃ia cũ videbit̃ facie ad faciẽ.
Hec igit̃ ſumma delectatio nũꝗ faſti⸗
diens: nũꝗ diſplicẽs. ſed ſemꝑ q̃ſi noua
reficiẽs huiꝰ nõ erit finis. O deꝰ meus
q̇d nob ſaperẽt oĩa hec mundi gaudia:
he delectatões q̇bꝰ tm̃ adheremꝰ. Cer
te hec oĩa reputaremꝰ velut amara. et
diceremꝰ cũ apl̃o. Phil. iij. Que fuerũt
mihi lucra h̃ arbitratꝰ ſuꝫ ꝓpt̃ xp̃ꝫ detri
mẽta. Et ỽe ſi hãc maximã dlectatõez
bñ attẽdamꝰ ea q̇ putamꝰ lucra vt abũ
dare diuitijs honoribꝰ ⁊ delitijs mundi
reputabimꝰ detrimẽta ⁊ iepta. iđ ſequit̃
Oĩa inq̇t paulꝰ exiſtio detrimẽtuꝫ eẽ ꝓpt̃
eminẽtẽ ſciaꝫ ieſu xp̃i dñi mei: ꝓpt̃ queꝫ
oĩa detrimẽtũ feci ⁊ arbitror vt ſterco⸗
ra vt xp̃ꝫ lucrifaciã. Q: ibi ſcꝫ in xp̃i vi⸗
ſione erit ſummũ gaudiũ ad qđ vocam̃
ꝑ thema ꝓpoſitũ. Uenite be. ⁊c. Quar
to dictũ ẽ. ꝙ ibi q̇eſcit hoĩs ſtudiũ. Stu
diũ eſt vehemẽs aĩ applicatio ad aliq̇d
ꝑagendũ: Cõiter eñ hoĩs ſtudiũ ⁊ ap⸗
plicatio tã ꝑ intellectũ ꝗ ꝑ volũtatẽ eſt
ad h̃ qđ ꝑ ceterꝭ deſideramꝰ qđ deſide⸗
riũ ſi ꝯpleat̃ delectat aiaꝫ. Prouer. xiij.
Oẽs aũt hoies. vt dr ꝑmo Metha. na
tural̃r ſcire deſiderãt. ⁊ oĩa ĩꝑfecta na
tural̃r deſiderãt ꝑfici ⁊ maxime creatu
ra rõalis deſiderat ꝑuenire ad gaudiũ
eternũ dicẽte ꝓph̃a. Queadmodũ deſi⸗
derat ceruꝰ ad fontes aquaꝝ ita de. a.
m. ad. t. deꝰ. Si. a. m. ad. d. f. vi. Iđ oẽs
debemꝰ ſtudere ⁊ oẽm diligentiã appo
nere vt ad id qđ deſideramꝰ attigamꝰ.
Sed quõ verũ eſt ꝙ ſuper oĩa deum vi

dere in glĩa deſiderēmꝰ ⁊ cū eo gaudere cū paucos ad hoc ſe diſponere ꝑ vitā vi deamus. Ad hoc ait Rich. de me. villa diſt. xlix. iiij. i. q. ij. ꝓncipalis. ꝙ beatitu do dupl̄r pōt ꝯſiderari in gñali in q̄tuꝫ eſt bonū quoddā ſufficientiſſimū: vel in ſpeciali. ſ. in q̄tum ꝯſiſtit in clara dei vi ſione ⁊ in ꝑfecta eiꝰ dilectione ⁊ gaudio qđ habet̄ de dei bonitate p̄ñti ꝑ claram eiꝰ viſionē ⁊ ꝑfectam dilectionē. Primo mō btitudo eſt oībus hoībus nota. Qui libet eñ ſcit q̄d eſt bonū ⁊ q̄d eſt ſufficiē tiſſimū. Scđo mō non eſt oībꝰ nota. vñ nō oēs eā appetūt. ſed pmo mō oms eaꝫ appetūt: q꞉ appetitꝰ eius naturalis eſt. Vñ Aug. xiij. de tri. c. viij. dicit ꝙ ad ap petendū beatitudinē natura ꝯpellit cū ſumme bonꝰ ⁊ imutabilis ei btūs crea toꝛ h̄ indidit. Dicit etiā glo. ſuꝑ illđ pſ̄ Beata gens ꝙ animꝰ eſt naturalit̄ ca par btitudinis. nulla autē creatura ca par naturalr̄ alicuiꝰ boni derelicta oi naturali inclinatiōe. Boñ. in. iiij. diſti. xlix. q. ij. Ad hoc idē inq̄t. Duo ſunt que faciūt appetitū. ſ. cōueniētia ⁊ indigen tia. Qm̄ igit̄ aīa rōnalis creata eſt ad dei imaginē ⁊ ſilitudinē facta eſt capax boni ſufficientiſſimi. ⁊ ipſa ſibi nō ſuffi cit cū ſit vana ⁊ deficiēs. iđ dico ꝙ verā beatitudinē appetit naturalr̄. Et ſeq̄t̄. Oēs ḡ hñt appetitū btitudinis ſꝫe in ge nerali ⁊ hñt cognitionē in gñali. Oms eñ credūt ꝙ btitudo ſit bonū qđ ſufficit ⁊ oēs illud appetūt in ſpāli ſꝫo qñ aſſu nitur hoc ſufficere. ſ. honoꝛē vel poten tiam errat cognitio ⁊ declinat affectio Et ſile de eo q̄ vult emere aurū ⁊ fruſtū auri credit eſſe auricalcū. Si q̄ras ab eo q̄d velit emere. rñdebit. aurū. Si q̄ ras qđ fruſtū. Rñdebit ꝙ hoc: demon ſtrato auricalco. Silr̄ ſi ab auaro que ras vtrū appetat btitudinē verā ⁊ velit hr̄e. Rñdebit ꝙ ſic. Si queras q̄d velit vtrū ꝑadiſum vel denariū. Rñdebit de nariū. Et huiꝰ rō eſt: q꞉ hic credit ſuffi ciētiaꝫ: ⁊ ibi nō eſt. Si q̄ras quđ cogno ſcit in gñali. dico ꝙ innata eſt illa cog nitio. Si q̄ras ꝑ q̄d. Dico ꝙ ſufficiētiā noſcit ꝑ indigentiaꝫ. Si opponas ꝙ ꝑ uatio nō eſt via cognoſcendi habitū. di cendum ꝙ eſt q̄dam indigentia oino ꝑ uans q̄dam diſponēs ⁊ inclinās. ⁊ hec ē rō cognoſcendi. vñ ſi materia hēret po tentiaꝫ cognoſcendi: cognoſceret vtiq̄ꝫ formā ad quā inclinat̄ ꝑ diſpōnes. Hec Boñ. Sed vere ꝑ fidē aliā habemꝰ co gnitionē de vita eterna. Scimꝰ eñ ꝙ re ſurgemꝰ ⁊ in coꝛpe ⁊ in aīa [illegible] in illa ce leſti glĩa ꝑpetuo manebim[illegible]. Sicut plꝰ dicet̄ cū de vnione coꝛꝑis ad aīam tra ctabimꝰ quare ſtudiū noſtrū ⁊ vehemēs applicatio dꝫ eē in nobis: circa ea q̄ du cunt ad hoc gaudiū: q꞉ finis īponit ne ceſſitatē his q̄ ſunt ad finē. Hoc ē dictu ꝙ ſi finē nr̄m q̄ eſt glĩa eterna velimꝰ aſ ſequi oꝫ nos ſollicite prudēter ⁊ attente ſcire oia q̄ ſunt gaudij huiꝰ media acqui rendi. Sicut eñ videmꝰ ꝙ ignis q꞉ ap petit ſurſum eſſe. iđ ſemꝑ aſcendit ⁊ tē dit ſurſuꝫ: ita ⁊ nos ſi deſideramꝰ ſꝫe ⁊ ſi ficte gaudia ꝑadiſi debemꝰ ſꝑ faciē coꝛ dis nr̄i hr̄e ſurſuꝫ: q꞉ illa gaudia ſunt de ſiderabilia ſuꝑ aurū ⁊ lapideꝫ ꝓcioſum multū: ⁊ dulcioꝛa ſuꝑ mel ⁊ fauū: vt dic̄ pſ̄. Cernꝰ eñ calefactꝰ in venatōne nō ꝯſueuit ſiſtere in riuulo ſciens ꝙ ibi ad plenū nō poſſet recreari: ſed currit vſq̄ꝫ ad fontē ſiue ad locū aqua abūdantem vbi ꝑfecte recreat̄ ⁊ refrigerat̄. Sic ſꝫe deſideriū nr̄m nō dꝫ eſſe ad riuulū bono rū mūdi: q꞉ ibi nulla eſt ſatietas: ſꝫ cele riter debemꝰ currere ⁊ a iuuētute incipe hmōi curſuꝫ: q꞉ neſcimꝰ qñ moꝛiemur. debemꝰ inq̄ currere ad fontē ꝑadiſi vbi ꝑfecte poterimꝰ recreari: vt poſſimꝰ di cere cū ꝓpha. Perfecit pedes meos tan q̄ ceruoꝝ ⁊ ſuꝑ excelſa ſtatuēs me. In h̄ ſil̄es eē debemꝰ onagro q̄ ē aſinꝰ ſilueſtriſ q̄ q̄uis multū ſitiat: nūq̄ tñ vult bibere a quaꝫ turbidā: imo expectat clarā. iuxta illud pſ̄. Expectabūt onagri in ſiti. In quo ꝓculdubio iſtruimur ꝙ ſitiſ ⁊ ardoꝛ deſiderij nr̄i nūq̄ dꝫ bibere aq̄s turbidaſ voluptatiſ carnis ⁊ mūdi: q꞉ nō ſatiāt: ſꝫ aq̄s claras ⁊ mūdanas grāꝝ ⁊ glĩe qđ eſt ꝯ ꝑctōꝛes imūdos q̄ magis deſiderāt aquā turbidā huiꝰ mundi. de q̄bꝰ Ro. i. tradidit eos ds̄ i deſideria coꝛdiſ eoꝝ ⁊c.



Abſtinete ergo vos a carnalibꝰ deſide rijs q̄ militant aduerſus aīaꝫ. i. Pe. ij. Et ſtudete ꝑuenire ꝑ bona opa ad illđ regnū vbi hmōi deſideriuꝫ ſaturabit̄ et ꝯplebitur. Nā ad hoc excitamur ꝑ the ma noſtrū cuꝫ dr̄. Venite bñdicti ⁊c.

q Uinta gloꝛia aīe in celeſti patria erit oīm reꝝ abundātia. O auari q̄ tan tuꝫ deſideratiſ abundantiā auri ⁊ argēti. O ſuꝑbi q̄ deſideratiſ ſub limitatē honoꝝ ⁊ dignitatum. O volu ptuoſi guloſi ⁊ carnales q̄ deſideratiſ ſa turari bonis vinis. ⁊ ꝓcioſis cibiſ diuī tiue hec ſatus que ſꝫe nō ſatiāt: ſed cito finē habēt. ſicut dictuꝫ ē[illegible]. Attēdite ḡ ad hanc glĩam: q꞉ ibi abūdabitis oībꝰ bonis ꝓcioſiſſimis. de hac abundantia ait ꝓpha in pſ̄. Ego dixi in abūdātia mea nō moueboꝛ in eternū. Sed notā dū eſt ꝙ ſicut abundātia floꝝ in arboꝛe eſt cā abūdātie fructuū: ita abūdantia ꝟtutū ⁊ gratiaꝝ eſt cā abūdantie gau dioꝝ. Ideo ait xp̄s. Mat. v. Niſi abū dauerit iuſticia veſtra pluſq̄ ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ nō intrabitiſ in regnū celoꝝ. Ita ecōtra erit abūdantia penaꝝ: q꞉ ſi cut hic abūdauerūt i culpa: ita i iferno abūdabūt in pena. pſ̄. Retribuet abū dāter facientibꝰ ſuꝑbiā. In celo igitur erit abundātia oīm bonoꝝ.

Ex obiecto oia continente.
Ex ſubiecto oia poſſidente.
Ex proximoꝝ ſociatione.
Ex optimoꝝ ꝯparatione.

¶ Primo igitur erit abūdantia oīꝫ bo noꝝ ex obiecto. i. ex deo q̄ oia ꝯtinet bo na. vñ apl̄s ad Ephe. ij. ait. Deꝰ aūt q̄ diues eſt in mia ꝓpter nimiā charitatē ſuā qua dilexit nos cū eſſemꝰ moꝛtui in pctīs noſtris q̄ viuificauit xp̄o cuiꝰ grā ſumꝰ ſaluati ⁊ cōreſuſcitauit ⁊ ꝯſedere fecit in celeſtibꝰ in xp̄o ieſu vt oſtēderet i ſeculis ſuꝑuenientibꝰ abūdātes diuitias grē ſue. Diues ergo deꝰ i ſe: diues. i. co pioſus fuit in mia: q꞉ ꝓpriū eſt eiꝰ miſe reri ⁊ parcere ꝓpter nimiā charitatē ſuā ⁊ nō ꝓpt̄ merita nr̄a cuꝫ eſſemꝰ moꝛtui pctīs ⁊ filij ire. i. nati i pctō oꝛiginali cō uiuificauit nos xp̄o: nos ſibi ꝑ fideꝫ foꝛ matā incoꝛpoꝛādo: cuiꝰ grā ſumꝰ ſalua ti in ſpe. ſ. ⁊ ꝯreſuſcitauit ſilr̄ in ſpe. ⁊ ꝯſedere etiā fecit in ſpe. vt oſtēderet ꝑꝰ hoc ſeculū diuitias grē ſue. i. oia bona celeſtis glĩe cuiꝰ ipſe ē p̄miū. Vñ alpho rabiꝰ li. de cauſis ꝓpoſitōe. xx. ait. Pri mū eſt diues ꝑ ſeipm̄ ⁊ eſt diues magis. Et ratiōes reddit ꝯmentū eiuſdē ꝓpōis dicēs. Illa res diues magis q̄ influit et nō fit influxio ſuꝑ eā ꝑ aliquē modoꝝ rērū reliq̄ue aūt q̄ ſunt intelligibiles aut coꝛpoꝛee ſunt nō diuites ꝑ ſeipſas: imo indigēt vno de influēte ſuꝑ eas bonita tes et omnes gratias. hec ibi. Has di uitias diuine maieſtatis meliꝰ videbi mus cū ipſas poſſidebimꝰ cū deū habe bimus qm̄ nūc hec a nobis ſunt abſcō dita. ſed ꝑ fidem ⁊ ſpē certā: ſibi̇̄ egeri mus q̄ſi iam poſſidemꝰ. Sicut merca toꝛ cū iam emit ⁊ ſoluit aliquā rē ꝓcio ſam: lꝫ nondū ꝓncipaliter habeat: repu tat ſe illā rē habere ⁊ maxime ſi ſit cer tus ꝙ ab aliquo nō poſſit impediri eiꝰ ꝑncipalis poſſeſſio. Vere deꝰ adeo eſt diues et oībꝰ bonis abūdans vt ſi mille mūdos cogitaremꝰ ⁊ illos haberemus in dñio. talis poſſeſſio nihil eſſet ꝯpati ue ad diuitias diuine bonitatiſ: q꞉ finiti ad infinitū nulla eſt ꝓpoꝛtio. Nō igit̄ apponamꝰ coꝛ noſtrū ad diuitias huiꝰ mūdi q̄ ipediūt ab eternis diuitijs: q꞉ ſcriptū eſt. Mat. xix. Faciliꝰ eſt came lū ꝑ foramē acuſ trāſire q̄ diuitē itrare regnū celoꝝ. Sꝫ hoc mirabile videt̄ cū plures diuites ſint ſaluati ſm̄ fidē nr̄aꝫ ⁊ in veteri teſtamēto ⁊ in nouo. Nōne legimꝰ plures reges ſanctos eſſe vt He ricū impatoꝛē ⁊ Ludouicū regē frācie ⁊ alios multoſ. Quid eſt h̄ igit̄ ꝙ a xp̄o dr̄ faciliꝰ eſt ca. ⁊c. Qm̄ hmōi eſt ipoſſi bile. ſ. camelū trāſire ꝑ foramē acus. ḡ ⁊ ſm̄ Chryſ. ſuꝑ Mat. q̄ dicit. Appoſi tio diuitiaꝝ maioꝛē apponit flāmā vt vehemētioꝛ ſit cupido. Et q꞉ cupiditaſ eſt venenū charitatiſ: iđ poſſeſſio diuiti arū reddit hoīem difficilē ad ꝑfectiōeꝫ acquirendā. Vñ ille iuuenis cui dīc̄ xp̄s.

parati͂de. diuites eni͂ hui⁹ mūdi. ⁊ lʒ poſ
ſideant plura: nō tñ ſic oia poſſeſſa itel
ligūt. nec p ͻñs ſic ſmul diligūt ſʒ ſucceſ
ſiue. ⁊ ſic eoꝝ delectatio. nūc eſt de iſto:
nūc de illo. nūc de vxore: nūc de pueris: nūc
de argento et auro: nūc de tali poſſeſſiōe
vel tali. Nō ſic erit in btīs imo ſimꝉ oia.
ſcʒ deū ⁊ creaturas intelligēt ⁊ diligēt ⁊
de oībus gaudebūt. Intelligēt eni͂ illud
ſummū bonū ab eis poſſeſſuʒ virginem
glioſam dei matrē angelos ⁊ oēs ſimul
btōs: ⁊ de oībus iſtis tantā abūdantiaʒ
gaudij habebūt ꝙ null⁹ mortalis expri
mere poſſit: ⁊ erit ſiue ſicut nūc eſt de be
atis angelis q̄ nos cuſtodiētes nr̄oqʒ p
fectui intendētes nō min⁹ ſemp ͻtēplan
tur diuinā maieſtatē dicēte xpo Mat.
xviij. Angeli eoꝝ ſemp vidēt faciē pr̄is
mei q̄ in celis eſt. vbi Nico. de lyra. Qu
ācūq̄ nūcūqʒ mittātur ad rerū tēporaliuʒ
adminiſtrationē tñ ſemp deo inherent
p aptam viſionē. Et Mat. xxij. dicit ꝙ
in reſurrectione hoīes ſunt ſicut ange
li dei viuētes. ait idē doctor Nico. de ly
ra viſiōe ⁊ fruitōne dei. Iſte mod⁹ bñdi
tot ⁊ tanta bona cū delectatiōe ſimulta
nea erit alius ab oībus modis bñdi in
hoc tpe. Qd eni͂ aia nō poſſit ſimul eſſe
intenta diuerſis opationib⁹ diuerſaruʒ
potentiarū intenſe. hoc eſt ꝓpter imbe
cillitatē viriū ſuarū. Uñ ſimul nō pōt i
tenta eſſe multū circa regimē corpis et
circa opationes ſpūales. Sʒ tūc aīa
beata p habitū gl̄ie vigoroſa poterit ſi
mul intēta eſſe ⁊ circa corp⁹ ſicut neceſ
ſe erit ⁊ circa dei cōtemplationem: vnō
nō impediret ab vno p aliud. Et exem
plum habem⁹ de aia xpi q̄ ſimul habuit
intenſe ⁊ act⁹ ptinētes ad ſtatū viatoris
⁊ ad ſtatū ͻpreheſoris. ⁊ hoc fuit ꝓpter
pfectionē ei⁹ in natura ſua: et in actib⁹
potentiarū. Habuit eni͂ pfectaʒ valitu
dinem ⁊ vigorē potentiaꝝ: ⁊ ſic dicim⁹
de aia btā. Sic igit beat⁹ poterit multa
valde q̄ faciēt ad beatitudinē eſſentialē
⁊ accidētalē intelligere ſimul. Hec igr̄
abūdātia rerū tantaꝝ nos hʒ allicere
ad bene agendūʒ in hac vita vt merea
mur habere qd̄ dictū eſt ⁊ ſatiari. dicit
ergo in themate. Venite benedicti.

**S**Exta gloria anime
erit honor magnus et inſu
perabilis. Naʒ ſancti erūt
beati per deuotionem.
Secundo filij per adoptionem.
Tertio reges per exaltationem.
Quarto dij p participationem.

¶ Sed forte alicui videt ſatis inconue
niens tot et tāta de glia celeſti pdicare
cū gnare tediū poſſint hoībus. Rñdeo
ꝙ verū eſt ꝙ indeuotis ⁊ ꝗ̄rentib⁹ leticiā
⁊ dilectionē pñtis ſcli hec oia tediū affe
rentiʒ certe deuotis ⁊ ad hanc gl̄am tē
dentib⁹ nimie hec erunt onerosa. Inde
uotis igr̄ pñt eſſe tedioſa: qr non intelli
gūt: imo nec intelligere volūt qd in ipa
vita btā ſint habituri. Quid igit inqt An
ſelm⁹ in li. de ſimilitudinib⁹ agendū eſt vt
hec illis aliquatin⁹ ſapiāt ⁊ aliqliter ſapi
entibus magis ſapiāt: ⁊ ſic ad opa bōa
euigilēt. Pueroꝝ more cibādos eſtimo
q̄ ſi aliqn aliqd groſſius pomū edēdum
pcipiūt illud ob dentiū teneritudinē et
oris anguſtiā aſſumere nequeūt ſi p il
lorū capacitate pri⁹ nō fuerit pticulati
diuiſum. Ita diuidam⁹ ıgıt̄ illa ma
gna gaudia illa magna bona q̄ btī ſunt
poſſeſſuri. Et vt meli⁹ elucēat ⁊ ampli⁹
deſiderent ͻſiderem⁹ q̄ in hac vita mēs
bñ regulata auide appetit ⁊ ex his ͻie
ctemus illa btōs habituros i eterna vi
ta. Hec ille. Nōne quattuor pmiſſa a bo
nis hoībus appetūtur in hac vita. ſ. vt
ſint ſancti vt ſint filij dei. vt bñ regāt ſe
ipſos: vt de⁹ eos inhabitet p grām: ⁊ ſic
dij ſint p pticipationeʒ. Utiqʒ viri boni
⁊ deuoti hec oia appetūt q̄ excellentius
in illa vita glioſa eis ͻcedētur ⁊ habe
tur. Erūt nempe ſancti p deuotioneʒ. vbi
ſciendū ꝙ deuotio vt ait Pe. de bethe
no eſt illa virt⁹ q̄ q̄s ſe totū deo deuouet
⁊ dedicat: q̄ etiā tot⁹ vacat diuinis ⁊ vi
tia a ſe euellit ⁊ eradicat q̄ inſup totus
fertur in celeſtib⁹ ⁊ terrena vilipēdit. vi
detur ḡ ꝙ vir deuot⁹ eſt idē ꝙ vir pfect⁹
virtutib⁹ ⁊ gratijs tot⁹ plen⁹. Et hugo
dicit ꝙ feruor bone voluntatis quē qui



ſolidiores qd valēs certis indicijs mani
feſtat. Certe in illa vita btā erit maxi
mꝰ feruor huī voluntatis qñ nō poterit
deū nō diligere: imo ͻfirmata erit i dei
amore: ſic ꝙ ſemp diliget ipm: ⁊ oia p
pter ipm. Deuotio naqʒ eſt qua dator
munerꝰ ſeipm largit qua factor ſyderū
hec vita ſentit qua quicquid eſt aſperū
dulciter lenitur. In deuotione ſidereſſe
ipm deus largitur. Cor eni͂ humanum
nunꝗ̄ p deuotionē madeſieret niſi ros
diuine gratie deſup deſcenderet. Deus
eni͂ eſt ſicut vinea balſami q̄ precioſiſſimā
deuotionis guttā in fialis diuerſoꝝ cor
dium diuerſimode ſe fundit. O ꝗ̄ ample
o ꝗ̄ abunde ſe fundet illud balſamū p
cioſiſſimū in aiabus ſanctoꝝ. Cogita
re nullus mortaliū pōt. Scdo deuotio
eſt illa virtus qua deus in ſuo fonte ſo
let ſentiri ⁊ qua in terris pōt pcipi. Nul
la eni͂ alia virtus ita guſtat deū ſicut de
uotio: qua deuotione mēs fert in deum
ſed hic impfecte. in patria vero pfecte.
Tertio deuotio eſt illa virtus qua om
ne aduerſum ⁊ aſperū dulciter lenitur.
Nam cōſtat ꝙ deuotio oēm triſticiam
fugat ⁊ quicqd eſt in rebus onoroſum
⁊ aſperū dulce facit. Sed i illa requie
talis erit deuotio ad deū ꝙ nihil triſte
nihil moleſtū ibi poterit eſſe. Erūt igit
ſancti ſine terra ſine affectione mala p
deuotionem. Unde ſanctitas adeo eſt
vniuerſalis bonitas ꝙ ea habita neceſ
ſe eſt hoīem in cunctis pticularibus vir
tutibus eſſe ornatū. Si eni͂ vna virt⁹ de
ficeret: ſanct⁹ nō eſſet. Et hoc erit in il
lis beatis. iō merito dicent ſācti vt poſ
ſint tūc dicere illud Eccl. xxiiij. In ciui
tate ſanctificata ſimilr̄ requieui. Ad hāc
igit ſanctitatē inuitamur dū dicitur in
themate. Venite bñdicti ⁊c̄. Scdo dixi
ꝙ btī erūt filij p adoptionē. filius natu
ralis ⁊ legitimus ſuccedit hereditati pa
terne. Sic fili⁹ dei ſuccedet hereditati
patris ſui. ſ. xpi. Gala. iiij. Si fili⁹ ⁊ he
res p deū ipʒ adoptantē. Filio eni͂ adop
tiuo debet aliqua ps hereditatis ſm le
ges ait Nico. de lyra. Ipſe eni͂ dñs de⁹
tenet naturaʒ vituli marini q̄ natat in
mari ⁊ gradit in terra: filioſqʒ ſuos in
terra generat atqʒ parit: ſed ipſos ſiua
liter ad mare reducit. Sic de⁹ per gra
tiaʒ in hoc mūdo fideles ſuos generat
⁊ pducit: ſed tandē poſt hunc mundū ip
ſos ad mare. i. ad abundantiā paradi
ſi ducit: ⁊ regni celeſtis ſucceſſores tan
ꝗ̄ legitimos filios eos facit. Iohā. viij.
Qui facit pctm̄ ſeruus eſt pcti: ſeru⁹ au
tem nō manet in domo in eternū. filius
aūt manet in domo in eternū. Hec eni͂
filiatio hic incipit. Si patri noſtro deo
obediuerimus tunc qdam filiū erimus
hic ⁊ in eternū. Si eni͂ glorioſum eſt ho
mini eſſe filiū regis ꝗ̄to magis glorio
ſum erit nos eſſe filios dei regis regū ⁊
cū ipſo manere in illa aula ſumme glo
rie in delitijs paradiſi. Unde pater no
ſter celeſtis cuilibet btō dicet illud Lu
ce. xv. Fili tu ſemp mecuʒ es: ⁊ oia mea
tua ſunt. Attendam⁹ igit ad hanc filia
tionem. Sicut dicit. i. Ioh. iij. Videte
qualem charitatē dedit nobis deus pa
ter vt filij dei nominemur ⁊ ſimus. Vide
te ergo. i. diligenter attēdite qualē cha
ritateʒ oſtendit nobis deus vt vocaret
nos filios. iō dicit vt filij dei nominemur
⁊ ſimus. Et notāter dicit ſimus. Mul
ti eni͂ nominātur filij dei quorū aliq nō
ſunt filij ſed putant. Sed vere ſi nomina
mur filij dei etiā poſſum⁹ eſſe ſi in nobis
nō ſteterit. Ioh. i. Dedit eis ptātem fili
os dei fieri. Et ſequitur eodē ca. Cha
riſſimi nūc ſumus filij dei ſupple ſi volu
mus ⁊ nondūʒ apparuit quid erimus.
Scimus qm̄ cū apparuerit: ſimiles ei
erimus qm̄ videbim⁹ eū ſicuti eſt ⁊ ois q̄
hʒ hanc ſpem in eo ſanctificat ſe: ſicut
⁊ ille ſanct⁹ eſt. i. imitat ſanctitateʒ put
poſſibile eſt. hūc in quē eſt ſpes nr̄a quo
tidie vocamus patrē cū dicim⁹. Pat nr̄
q̄ es in celis. Hic pr̄ dr̄ oim gn̄aliter rō
ne creatiōis. addit tñ ait Nic. de ly. nr̄.
qr eſt pater ſpūalis iuſtoꝝ p grām adop
tionis. Dicit inſup q̄ es in celis: qꝛ lʒ ſit
in oībus p eſſentiā: pñtiā ⁊ potentiā. ē
tñ ſpāli mō in iuſtis p grām. ſpāliſſime
vero excellētia ei⁹ relucet in ſctis p glaʒ
Alexander de halis dicit: qr pat in illa

ſtõne accipit̃ eſſentialiter. ⁊ dr̃: paſ nr̃
ꝑ adoptionẽ q̃ gr̃a adoptiõis ⁊ ſi nõ cõis
oibus actu: eſt tñ cõis oibꝰ potẽtia. Qui
eñ dat talẽta ſua vnicuiqȝ ſm ꝑpriã vir
tutem paratꝰ eſt dare grãm adoptõnis
vnicuiqȝ facienti qđ in ſe eſt. vñ ſicut ſpẽi
cõuenit rõ vniuerſalitatis vnico exiſten
te indiuiduo nõ vniuerſalitate q̃ ẽ actu
ſed q̃ eſt potẽtia: ita gratia adoptõis di
citur cõis oibus nõ cõitate q̃ eſt actu: ſȝ
q̃ eſt potẽtia. Non tamẽ peccat ille q̃ eſt
in pctõ mortali dicendo orõnez dñicam
duabꝰ de cauſis. Prima ẽ qꝛ hec oratio
cõis eſt ⁊ dicẽda eſt in ꝑſona eccleſie q̃ i
ſe multos filios adoptionis hȝ. Scđa
eſt: qꝛ ſicut petitiões ſeptẽ ſequẽtes dep/
catiue vel optatiue orõnes ſunt ⁊ nõ in/
dicatiue. Sic captatio beniuolẽtie ma
gis intelligit̃ optatiue q̃ȝ indicatiue ab
illo q̃ eſt in pctõ mortali. Ille ergo q̃ eſt
in pctõ mortali nõ põt dicere pater in/
dicatiue. i. indicando ſe eſſe filiũ actua
liter: põt tñ dicere pater optatiue. Hec
Alexãder. In gl̃ia ꝟo q̃libet dicere po/
terit pater indicatiue. qꝛ vere erit filiuſ
ꝑ gratiã ⁊ gl̃iam ineternũ: id ad hãc fi/
liationẽ inuitamur ſpãliter cũ dr̃ in the
mate. Uenite bñdicti ⁊c̃. ¶ Tertio di/
xi ꝙ beati erũt reges ꝑ exaltatiões. in il
lo eñ regno celoꝝ q̃libet erit rex. Rex
dicit̃ a regẽdo vt inq̃t Origenes. Si er
go animꝰ in te regnat: ⁊ corpꝰ obtempe
rat: ſi vicia freno ſobrietatis ꝑmas me
rito rex vocaris. Sic rex diceris in his
inferioribꝰ: ſed ibi aliter rex dr̃: qꝛ nõ a
regendo cũ ibi nihil indigeat regi: qꝛ il/
le ſtatꝰ erit talis ꝙ nõ poteris deficere
vel obliquari. Dicet̃ ergo rex a regẽdo:
qꝛ q̃libet ibi exiſtẽs: ita erit potẽs vt fa/
ciat q̃cq̃d voluerit. ita erit diues vt ha/
beat q̃cquid petierit: ita erit ſapiens vt
ſapiat q̃cquid cupierit: ita erit fortis vt
nullus eũ vincere poſſit. O q̃ȝ glorioſuȝ
regnũ in quo ſancti ꝑpetuo regnabunt
qꝛ ineternũ ⁊ vltra. Hoc regnũ petimꝰ
cũ dicimꝰ. Adueniat regnũ tuũ: Mat.
vi. Uñ dicit alexander de halis. hac pe
titione põt peti vt veniat regnũ militã/
tis eccl̃ie ad regnũ triumphãtis vt fiat
triũphans. vel adueniat. i. manifeſtet̃:
ſcȝ regnũ dei hominibus q̃bus ꝟt lux eccis
nõ videt̃ ꝙ nullus ignorare poterit cũ ſi
lius iudicare venerit in quo regnabũt ⁊
ſancti. Sicut dr̃ Math. xxv. Percipite
regnũ qđ vobis paratũ eſt ab origie mũ
di. Hec ille. O q̃ñta bonitas: q̃ñta clemẽ
tia: q̃ñta mĩa: q̃ñta benignitas nobis diſ
poſuiſſe: ⁊ ꝑparaſſe tm̃ regnũ. Si eñ no
bis diſponeret q̃s dare regnũ frãcie vel
aliud magnificũ regnuȝ tꝑale: ⁊ maxi/
me in quo eſſet ſumma pax: omis gl̃ia:
ois ptãs: ⁊ illud eſſet ꝑpetuũ q̃ñtum deſi
deremus tale regnuȝ. Sȝ vere illud ni/
hil eſſet ſi tale poſſet eſſe ad ꝯparatiões
regni celeſtis. Primũ igit̃ chariſſimi q̃
rite regnũ dei: qꝛ nulluȝ tale inuenit̃ in
his terrenis rebus: qꝛ regnũ mũdanuȝ
eſt tranſitoriũ. Daniel. ij. Deꝰ mutat tẽ
pora ⁊ etatis tranſfert regna atqȝ ꝯſti/
tuit. Et inde eſt ꝙ iſtud eſt vituperabi/
le ꝓpter ſuã mobilitatem. Eccl. x. Re
gnuȝ a gẽte in gentẽ tranſfertur ꝓpter i
iuſticias ⁊ iniurias ⁊ cõtumelias ac di
uerſos dolos ꝓpter ſuã diuerſitatẽ. vñ
in regnis huiꝰ mũdi nõ eſt pax. In pſ.
Cõturbate ſunt gẽtes ⁊ inclinata ſunt
regna. Et Luc. xxiij. Surget gens in
gentẽ: ⁊ regnũ aduerſus regnũ. Regnũ
vero celeſte hȝ oppoſita his de quo pro
pheta ait. Regnũ tuũ regnũ oim ſecu/
loꝝ: qꝛ hȝ intermiabilẽ eternitatẽ. Da.
vij. Poteſtas eiꝰ ptãs eterna q̃ nõ aufe/
retur: ⁊ regnũ eiꝰ qđ non corrũpet̃. In/
eſtimabilẽ amenitatẽ etiã habet Sap.
v. Accipient regnũ decoris ⁊ dyadema
ſpẽi de manu dñi. Habet tertio indeficie
ctibilẽ fertilitatẽ Luce. vi. Beati q̃ nũc
eſuritis: qꝛ ſatura. ⁊c̃. Et. xiiij. dr̃. Bea
tus q̃ mãducabit panez in regno dei. H
eſt igit̃ regnũ ad qđ vocamur ꝑ noſtruȝ
thema cũ dr̃. Uenite bñ. ⁊c̃. ¶ Dixi q̃r/
to ꝙ erimus dij ꝑ participationez. pſ.
lxxxi. Ego dixi dij eſt̃. In illo eñ regno
tanta erit amicicia: tãta vnitas ⁊ ꝯiun
ctio btõꝝ ad ipm deũ ꝙ nõ ſolũ filij dei
amici dei: ſȝ etiã ꝓpter pticipationem ⁊
infinitatẽ dei ad ipſos btõs vocabũtur
dij. Uidemꝰ eñ ꝙ dij aliqs ab alio multũ



intenſe amat̃ dicit̃ ille q̃ amat: qꝛ dile/
ctio trãſformat amantẽ in amatũ. Ibi
aũt deꝰ ſanctos ſuos amabit inteñe: ſic
q̃dem vt ſeipm det in ꝓmiũ cunctiqȝ btõ
id nõ immerito vocabũtur dij per pticipa
tionẽ. vñ petrꝰ de hethbono ait. ꝙ ꝑ deos
intelligũtur viri iuſti q̃ a cõibꝰ ꝯditioni
bus ſunt ſepati ab humanis vitijs alie/
ni ⁊ maxime dñr dij q̃ ſunt in celis cele
ſtia ꝯtẽplando q̃ ſunt imortales ſemꝑ i
ſtatu gl̃e ꝑſeuerãdo. ſunt inuiſibiles a
viſibus humanis ſe occultãdo. ſunt om
niſcientes diuinã ſapiam amplexãdo.
ſunt oipotentes mirabilia opa facien/
do: vñ de his põt exponi illud. i. Reguȝ
xxviij. Deos vidi aſcendentes de terra:
qꝛ ꝓpter vitã iuſtã ⁊ ſanctã quaȝ tenue/
runt in terra: dij erũt in celis pticipãdo
ꝓprietates q̃ſdaȝ quodãmõ ipꝰ deitaꝗ.
O q̃ñtũ debemꝰ optare ad hãc dignitatẽ
puẽire vt dij ꝑ pticipatões ſimꝰ. Ad hãc
igr̃ pticipatões vocamur. cũ dr̃ Uẽite b.

## Eptima gl̃ia aĩme

S erit aiarũ decor mirabilis.
Si eñ deceat reginã cõro/
natam multiplr̃ dũ ꝯiungit̃
regi: q̃ñto magis decet quãlibet creatu/
ram btãm ⁊ ꝯiũctaȝ ꝑfecta ꝯiunctione
ſponſo ſuo deo eſſe multiplr̃ ornatã ſic̃
aſs ſunt tactũ aliq̃liter Talis aũt orna
tus ⁊ decor aiaꝝ ſctãꝝ erit in quattuor.
Prĩo in lumie gl̃ie itellectũ eleuãte
Scđo in mũere gl̃e affectũ ꝑficiẽte
Tertõ i ꝯſtutũ dcore dinitꝰ collataꝝ
Quarto i ipaꝝ tẽore ꝑ actꝰ acq̃ſitaꝝ
¶ Dixi ꝑmo ꝙ ornatꝰ ⁊ decor aiaꝝ erit
in lumie glorie ⁊c̃. ⁊ hoc eſt qđ dicit pro
pheta Dauid. pſ. xxxv. In lumie tuo vi
debimꝰ lumẽ. i. inq̃t de lyra. In lumine
creato gl̃ie videbimꝰ lumẽ tue eſſentie:
qꝛ videri nõ põt ab intellectu creato ni/
ſi ad h eleuet̃ ꝑ lumẽ gl̃ie fortificans lu
men naturale intellectꝰ creati: ſicut nec
oculꝰ noctue poſſet videre lumẽ ſolis ni/
ſi aliquo ſibi addito fortificaret̃ ꝓpter
qđ dicit̃. ij. Methaphiſice: ꝙ ſicut ſe hȝ
oculus noctue ad lumẽ ſolis ita itellectꝰ
nr̃ ad ea q̃ ſunt maniſeſtiſſima ſm ꝯtu/
tẽ intellectꝰ nr̃i excedẽtia. Sicut lux ſo/
lis eſt maxie viſibilis: tñ improportiõa
ta noctue oculis. hec ille. Ad qđ ꝓpoſi/
tũ pl̃a dicit ꝑpulcra ſanctꝰ Tho. x. ꝑte.
q. xij. arti. iiij. ⁊ v. Cõſidera igit̃ ꝙ ſi eſ/
ſes in aliquo loco obſcuro ⁊ multũ op/
tares videre aliq̃d: ibidẽ exñs q̃ñtũ gau/
deres ſi tibi miniſtraret̃ lumẽ magnũ ⁊
grande ꝓpt̃ qđ videre poſſes apte ⁊ ma
niſeſte viſibile deſideratũ videri. Utiqȝ
multũ gauderes. Sic certe inter oia q̃
ſumme deſiderare debemꝰ ad videnduȝ
eſt deꝰ noſter: qꝛ i tali viſiõe eſt felicitas
eterna. Joh. xvij. Dicẽte xp̃o. Hec ẽ aũt
vita etñā vt cognoſcãt te ſolũ deũ veꝝ ⁊
quẽ miſiſti ieſum xp̃m. vt igit̃ deꝰ in ſe vi
deatur requiritur lumẽ adiuuans intelle
ctum ad videndũ: ſicut lumẽ a ſole emiſ
ſum adiuuat oculũ ad vidẽdũ: nõ tñ ſolẽ
ad mouendũ. Sicut ĝ nõ videt̃ ſol ma/
terialis ab oculo corporali ſine emiſſio
ne luminis vel radij in oculũ. ſic nec ab o/
culo ſpũali ſol iuſticie ſine lumie ab ipo
intellectu emiſſo. Hoc autẽ lumẽ exigit
intellectꝰ debilitas: qꝛ nõ põt lumẽ illud
increatũ videre in ſua claritate niſi aſſi
milet̃ et ꝑfecta aſſimilatiõe. Oĩe aũt ſi
mile ſimiliſſime eſt ſiſe ſm Aug. li. xxxiij
q. xiij. Oculus aũt ſpũalis cũ ſit in pñia
increato lumini ſiſis nõ eſt ſiſis ꝑ eſſen
tiam: ſȝ ꝑ pticipationẽ. ĝ opȝ ꝙ heat ali
qđ lumẽ ſibi inherẽs ⁊ increato lumini
aſſimilãs. Sic eñ qđ eſt ſiſe ſumme bo
nitati ꝑ pticipationẽ hȝ bonitatẽ ſibi in
herẽte ⁊ ſũme bonitati aſſimilãtẽ Sic i
ꝓpoſito in eiꝰ viſione opȝ ponere aliqđ
lumẽ creatũ in oculo ſpũali inherẽs ei
⁊ aſſimilans illi lumini. Et huic videt̃
ꝯcordare Aug. ad italicũ di. Jntantuȝ
videbimꝰ inq̃ñtũ ſiſes ei erimꝰ. Dico ĝ ſi
ne ꝑiudicio ꝙ lumẽ increatũ videbit̃ in
ſua claritate. in pñia ꝑ lumẽ creatũ me
diuȝ aſſimilãs ei formalit̃ ſpũalez ocłm
Dicere etiã oppoſitũ eſt error dãnatuſ
in clemẽtinis. extra de here. Ad noſtrũ
Ubi dr̃ q̃rto ꝙ q̃libet intellectualis na
tura ſeipa naturaliter eſt btã qđqȝ aia
nõ indiget lumie gl̃ie ipam eleuãte ad
deũ videndũ ⁊ eodem beate fruendum.

Et ſequitur in fine capi. Nos ſacro cō
cilio approbāte ſectā cū p̄miſſis erro/
ribus dānamus ⁊ reprobamꝰ ⁊c. Hoc
igitur lumīe creato eleuabit̄ ⁊ decora/
bitur aīa noſtra in celeſti gloria. Vn̄ ſi
cut lumīe ſolis dies pulchra dicitur. ſic
anima noſtra tali lumīe ornabit̄ ⁊ pul
chrificabit̄. Ad hm̄oi ergo ornatū vo/
camur. huꝫ dicit̄ per thema noſtrū. Ve
nite bn̄. ⁊c. Dixi ſecūdo ꝙ animaꝝ no/
ſtraꝝ decor erit in munere grē ⁊c. Naꝫ
in gloria erit gratia cōſummata ⁊ pfe/
cta ꝓpter qd̄ apl̄us. i. Corint. xiij. Pre
fert charitatē ſue gloriaꝫ aliis virtutibꝰ
di. Charitas nunq̄ excidit. Qd̄ decla
rans. Nico. de lyra ait. Apl̄s oſ̄dit hic
excellentiā charitatꝭ reſpectu alioꝝ do
noꝝ q̄tū ad pmanentiā q2 ſicut eſt in
via: ſic pmanebit in patria cū augmē
to. Unde ait ibidē apl̄s. Siue ꝓphetie
euacuabūtur. ꝓphetia eīm eſt reſpectu
futuri. Status aūt patrie futurū nō ex
pectabit: ſed ibi erit finale ꝯplementū
oīm. Item ꝓphetia ē cognitio enigma
tica q̄ ceſſat i p̄ria vbi ē clara cognitio.
Siue lingue ceſſabūt qd̄ nō eſt intelli/
gendū de corꝑalibꝰ liguis: q2 ſancti re/
ſurgēt in integritate corꝑis. Silr̄ hec
ceſſatio nō eſt intelligeda q̄tū ad vſuꝫ
linguarū: quia ibi erit laus vocalis ſm̄
ꝙ dicit glo. ſup pſ. Exultatōnes dei in
gutture eoꝝ: ſed intelligendū eſt de do
no linguaꝝ quo aliq̄ in p̄mitiua eccl̄ia
linguis variis loquebātur. Act. i. Pro
pter illos qui nō intelligebāt linguam
natiuā apl̄oꝝ. que tunc ceſſabit. q2 qui
libet quācūq linguā itelliget ꝓpter qd̄
nō erit neceſſariū loqui variis linguis
In p̄mo eīm ſtatu generꝭ humani erat
vnus populꝰ ⁊ vnū labiū oīm. Gen. xi.
et multomagis videt̄ ſic fore in vltimo
ſtatu ꝯſummatōis oīm. ſequit̄. Scien
tia deſtruetur ſcꝫ ſcīa hic acq̄ſita: nō tn̄
quo ad ſpēs intelligibiles: ſꝫ quo ad ha
bitum modernū qui eſt per ꝯuerſioneꝫ
ad fantaſmata. Tali vō ꝯuerſione nō
indiget anima beata. Sequr. Ex pte
eīm cognoſcimꝰ ⁊c. Ubi apl̄s facit talē
rōnem. Adueniēte pfectōe tollitur imp

fectio ei oppoſita. ſtatus aūt glorie pfē
ctiſſimꝰ eſt: ergo ipſo adueniēte tollun/
tur dona habitūa imꝑfectōeꝫ vel ſimpli
citer: vel q̄tum ad id ꝙ eſt imꝑfectōis.
oīa ſunt hm̄oi p̄ter charitatē q̄ eſt idē
cū gratia gratū faciente: vel habꝫ eam
inſeꝑabiliter annexā: ergo i gloria tol/
lūtur oīa alia ſimpliciter vel ſm̄ q̄d. Id̄
ait apl̄us. Ex parte eīm cognoſcimꝰ. i.
imꝑfecta eſt ſcientia noſtra que habe/
tur in via. ⁊ maxime illa que eſt de deo
ad queꝫ ſe hꝫ itellectꝰ noſter ſicut oculꝰ
noctue ad luceꝫ ſolis. ij. Metha. Et ex
parte ꝓphetamus. i. imꝑfecta ē cogni
tio ꝓphetica eo ꝙ eſt enigmatica ⁊ per
iſta duo dona intelligūtur alia imper/
fecta excludenda. Cū aūtē venerit qd̄
perfectum eſt. i. ſtatus glorie qui ē per/
fectiſſimꝰ euacuabitur quod eſt ex par
te. i. imperfectū quod declarat p ſimile
de ſtatu puerili imperfecto. q̄ ceſſat ad
ueniēte ſtatu virili pfecto di. Cū eſſem
puulꝰ loquebar vt paruulꝰ. ſ. balbutiē/
do ⁊ imꝑfecte ſapiebaꝫ vt puulꝰ appro
bādo aliqua q̄ magis erant reprobāda
⁊ ſimiliter reprobādo que magiſ erant
approbanda. Cogitabā vt puulꝰ. ſ. va
na ⁊ inutilia. Cū aūt factꝰ ſuꝫ vir eua/
cuaui q̄ erant puuli. ſ. p̄dicta ⁊ ꝯſimilia
pfectioni virili nō ꝯuenientia. Et ſeq̄tur
Uidemꝰ nūc p ſpeculū. hic oſtēdit ꝙ a/
lia dona a charitate ſunt imꝑfecta. q̄a
nunc videmꝰ per ſpeculū ⁊ in enigma/
te: quia hec ſilitudo creaturaꝝ ad deū
eſt obſcura ⁊ valde imꝑfecta: tūc aūt. i.
in patria. facie ad faciē. i. clare. Nunc
cognoſco deū ex pte. i. obſcure et imꝑfe
cte. tūc aūt cognoſcā ſicut ⁊ cognitꝰ ſuꝫ
a deo. Sicut eīm cognoſcit eſſentiā no
ſtram ita tūc cognoſcemꝰ ſuā. Iſtō ta/
mē ſicut nō importāt equalitatē cogni
tionis ſed ſimilitudinē tn̄ longinquaꝫ.
Si aūt arguatur ex dictis ꝙ charitas
euacuabit̄. quia nūc eſt imꝑfecta. Dicē
dum ꝙ nō valet q2 q̄n imꝑfectio ꝯuenit
alicui p ſe euacuat̄ adueniēte pfectōe.
ſi aūt inſit p accñs manet ſicut imꝑfectio
eſt hc rōne pueritie. nō aūt ē imꝑfectio
de rōe hūanitatꝭ ⁊ iō adueniēte ſtatu vi



rili ceſſat pueritia: nō autē hūanitas
cui p accidēs cōpetit imꝑfectio inq̄tuꝫ
eſt in puero. Imꝑfectio vero p ſe reſpi/
cit ſcīam noſtrā ⁊ ꝓphetiā vt dictū eſt p
pter qd̄ euacuant̄. Charitati vero ꝯpe
tit imꝑfectio p accidēs ꝓpter īꝑfectiō/
nem. ſ. cognitiōis adiuncte. Charitati
eīm p ſe ꝯpetit in deū tendere. ſed ꝙ nūc
imꝑfecte tendit eſt p accidēs. ſ. ꝓpter co
gnitionis imꝑfectionē ꝓpter qd̄ manet
adueniēte cognitiōe pfecta. iō ꝯcludit
apl̄us di. Nunc aūt. i. tēpore vie manēt
fides: ſpes: charitas: tria hec: ⁊ per iſta
duo fideꝫ ⁊ ſpem intelligūtur alia dona
de quibus hic nō facit expreſſe mentio/
neꝫ que ſunt euacuāda in p̄ria. Maior
aūt horuꝫ eſt charitas. Fides eīm ⁊ ſpes
ſunt excellētiora ceteris donis euacuā/
dis: q2 ſunt virtutes theologice q̄ dātur
nobis ad ꝯiungendū nos deo. alia vero
dona ſunt q̄dam diſpoſitiōes nobis da
te vt reddamur bene mobiles a ſpūſan
cto. ⁊ ſic ordinant̄ ad virtutes theologi
cas vt ad fines. Et q2 charitas eſt ma/
ior fide ⁊ ſpe ſequit̄ ꝙ etiā ſit maior ce/
teris donis. Hec de lyra. Iſta eſt veſtis
nuptialis ſine qua nullꝰ recipiet̄ ad vi/
tam eternā. ⁊ q̄cūq eā habuerit in fine
ſaluabit̄. de qua dicit̄. Math. xxij. Ami
ce quō huc intraſti non hn̄s ve. nup. vbi
ait de lyra. Uocatur aūt amicꝰ pctōr p
pter naturā q̄ ad imaginē dei facta eſt
⁊ ꝓpter fidē informē q̄ dei donū eſt licet
nō ſufficiat ad ſalutē. Hec ille. Iſta eſt
igitur veſtis aurata de qua oīs veſtiū
tur in glīa paradiſi. vn̄ xp̄us vidēs oīs
ſaluandos indutos hoc veſtimēto dicet
illis. Uenite bn̄dic. ⁊c. ¶ Dixi tertio ꝙ
ornatus btōꝝ erit in virtutū decore di/
uinitus collatarū. Poſſet eīm q̄s quere
re an ſola charitas q̄ eſt virtꝰ īfuſa erit
ornamentū ſanctarū aīaruꝫ. Reſpon/
detur ꝙ non illa ſola: ſꝫ etiā multe alie
erunt ornamentū. Si eīm in baptiſmo
multe alie virtutes a charitate infun/
duntur ad decorē ipſiꝰ aīe: nō eſt dubitā
dum q̄n etiā in p̄ria aīe btē ornent̄ ⁊ ve/
ſtiātur multis ſpēbus virtutū. vn̄ aīe be
ate poterūt dicere illud Eſa. lxi. Gau

dēs gaudebo i dn̄o ⁊ exultauit aīa mea
in deo meo: q2 induit me veſtimēto ſalu
tis: ⁊ indumēto iuſticie circumdedit me
quaſi ſponſum decoratū corona: ⁊ qua
ſi ſponſam ornatā monilibꝰ ſuis. Cuꝫ
dicit ꝓph̄a. Induit me veſtimēto ſalutꝭ
intelligit̄ charitas: q2 illa eſt q̄ diuidit i
ter filios regni ⁊ pditōis. ſic dicit Aug.
⁊ indumēto iuſticie p qd̄ intelligunt̄ aīe
virtutes infuſe. Remanebūt etiā acq̄ſi
te ſicut q̄rto ſn̄ nō ſolū vt ornamentū ſꝫ
⁊ ſm̄ actus ſuos p̄ncipales nō ſecūdari
os. Prudētie eīm actꝰ vel vſus principa
lis eſt nullū deo p̄ponere. ſcd̄arius eſt i
ſidias p̄cauere q̄ inſidie in p̄ria nō erūt:
⁊ iō ibi prudētia nō erit quo ad hoc ſed
quo ad p̄mū actū tn̄ q̄ dictꝰ eſt. Tem/
perentie inſup vſus p̄ncipalis eſt nullo
motu noxio delectari: ⁊ hō erit in patria
Secūdꝰ actꝰ eſt cogitatiōes prauas co
hibere ⁊ hoc nō erit in p̄ria vbi nihil no
xiū erit. Itē fortitudīs actꝰ ſcd̄arius eſt
pferre moleſtias: ⁊ hoc nō erit i patria
Principalis vero eſt deo firmiter adhe
rere ⁊ hic actꝰ erit in patria: q2 ſcti deo
adherebūt ⁊ ſine ſepatione ꝑpetuo ꝯiū/
gent̄. Itē iuſticie actꝰ ſcd̄arius eſt ſubue
Fili nõ moueãt te pulchra ꝛ ſubtilia dicta hoīuꝫ. Nõ enim ẽ regnũ dei i ſermone ſꝫ in virtute. Attende vbã mea que corda accendũt ꝛ mentes illuminant inducunt compunctionẽ ꝛ variam ingerunt conſolationem. Nũq̃ ad hoc legas verbum vt doctior aut ſapientior poſſis videri ſed ſtude mortificationem vitioꝝ quia hoc amplius tibi proderit q̃ noticia multarũ difficiliũ queſtionum. Cum multa legeris ꝛ cognoueris ad vnũ tamen oportet venire principiũ. Ego ſum qui doceo hominẽ ſcientiã ꝛ clariorẽ intelligentiã paruulis tribuo: q̃ ab homine poſſit doceri. Cui ego loquor cito ſapiens erit ꝛ multũ in ſpiritu pficiet. Ve illis qui multa curioſa ab hominibus iquirũt ꝛ de via mihi ſeruiendi parũ curãt. Veniet tempus qñ apparebit magiſter magiſtroꝝ xp̃s dñs angeloꝝ cunctoꝝ auditurus lectiones hoc eſt ſingulorum examinaturus cõſcientias ꝛ tunc ſcrutabitur hieruſalẽ in lucernis ꝛ manifeſta erũt abſcõdita tenebrarum taceburtqꝫ argumẽta linguarum. Ego ſum qui humileꝫ in puncto eleuo mentem vt plures eterne veritatꝭ capiat ratiões q̃ ſi quis decẽ ãnis ſtuduiſſet i ſcholis. Ego doceo ſine ſtrepitu verboꝝ ſine cõfuſiõe opinionũ ſine faſtu honoris ſine pugnatiõe argumẽtoꝝ Ego ſum q̃ doceo terrẽa deſpicere preſentia faſtidire. eterna querere. eterna ſapere. honores fugere. ſcãdala ſufferre. omnẽ ſpem in me ponere. extra me nihil cupere. ꝛ ſup omnia ardenter me amare. Nam quidam amando me intime didicit diuina ꝛ loquebat mirabilia. Plus pfecit i relinquẽdo oĩa q̃ i ſtudendo ſubtilia. Sed alijs loquor cõia alijs ſpecialia. aliquibus i ſignis ꝛ figuris dulciter appareo. qbuſdã vo in multo lumine reuelo myſteria. Una vox libroꝝ. ſed non omnes eque informat. qꝛ intus ſum doctor veritatis. cordis ſcrutator cogitationũ intellector. actionum promotor: diſtribuẽs ſingulis ſicut dignum iudicauero.

### De non attrahẽdo ſibi res exteriores Cap. xlix.

Fili i multis oportet te eſſe inſciũ. ꝛ eſtimare te tanq̃ mortuũ ſuper terrã ꝛ cui totus mundus crucifix⁹ ſit. Multa ẽt oportet ſurda aure pertrãſire ꝛ que tue pacis ſunt magis ẜcogitare. Utilius eſt oculos a reb⁹ diſplicentib⁹ auertere ꝛ vnicuiqꝫ ſuũ ſentire relinquere. q̃ cõtẽtioſis ſermonib⁹ deſeruire. Si bene ſteteris cũ deo ꝛ ei⁹ iudiciũ aſpexeris. facili⁹ te victũ portabis. O dñe quouſqꝫ venim⁹? Ecce dãnũ defletur temporale. pro modico queſtu laborat ꝛ curit. ꝛ ſpirituale detrimẽtũ i obliuionẽ trãſit. ꝛ vix ſero redit. Quod parũ vel nihil pdeſt attendit: ꝛ quod ſũme neceſſariũ eſt negligẽter pterit. quia tot⁹ homo ad externa defluit. ꝛ niſi cito reſipiſcat libens in exteriorib⁹ iacet.

### Qꝫ omnibus non eſt credendum: ꝛ de facili lapſu verborum Cap. l.

Da mihi auxiliũ dñe de tribulatione quia vana ſal⁹ hominis. Quã ſepe ibi nõ inueni fidẽ vbi me habere putaui. quotiẽs etiã ibi repperi. vbi min⁹ pſũpſi. Uana ẟ ſpes i hominibus. ſalus autẽ iuſtoꝝ in te deus. Benedict⁹ ſis dñe deus i omnib⁹ que nobis accidũt. infirmi ſumus ꝛ inſtabiles. cito fallimur ꝛ permutamur Quis ẽ homo qui ita caute ꝛ circũſpecte i omnib⁹ ſe cuſtodire valet vt aliqñ i aliquã deceptionẽ vel perplexitatẽ nõ veniat: Sed qui in te dñe confidit ac ſimplici ex corde querit. non tãꝫ facile labit. Et ſi iciderit aliquã tribulationem quomodocũqꝫ etiam fuerit ịplicat⁹. citius per te eruet aut a te conſolabit: quia tu non deſeris in te ſperantẽ vſqꝫ in finẽ. Rarus fidus amicus in cunctis amici pſeuerãs preſſuris. Tu dñe tu ſolus es fideliſſimus in omnib⁹: ꝛ pter te nõ ẽ alter talis. O q̃ bene ſapuit illa anima ſancta que dixit: mẽs mea ſolidata eſt ꝛ in xp̃o fundata. Si ita mecũ foret. non tam facile timor human⁹ me ſollicitaret nec vboꝝ iacula mouerẽt. Quis oĩa pụidere. qs precauere futura mala ſufficit: Si preuiſa etiã ledũt ſepe. qd iprouiſa niſi grauiter etiã feriunt: Sed quare mihi miſero nõ

melius prouidiſ: Cur etiã tã facile alijs credidi: Sed homines ſum⁹ nec aliud ꝙ fragiles hoĩes ſum⁹ etiã ſi angeli a multis eſtimemur ⁊ dicimur. Cui credã dñe. cui credã niſi tibi: Ueritas es que nõ fallis nec falli potes. Et rurſũ: ois homo mendax. infirm⁹. inſtabilis ⁊ labilis. maxime in verbis. ita vt ſtatĩ vix credi debeat ꝙ rectum in ſa cie ſonare videt. quã prudẽter premonuiſti cauendũ ab hominib⁹: ⁊ qꝛ inimici hominis domeſtici ei⁹. nec credendũ ſi qs dixerit: ecce hic aut ecce illic. Doct⁹ ſum damno: ⁊ vtinã ad cautelã maiorẽ. nõ ad inſipientiã mihi. Cautus eſto quidã ait. caut⁹ eſto. ſerua apud te quod dico. Et dũ ego ſileo ⁊ abſconditũ credo. nec ille ſilere poteſt quod ſilendũ petijt. ſꝫ ſtatim ꝓdit me ⁊ ſe ⁊ abijt. Ab huiuſmodi fabulis ⁊ i cautis hominib⁹ protege me dñe ne in manus eoꝝ incidã nec vnꝗ talia cõmittã. Uerbũ verũ ⁊ ſtabile da in os meũ: ⁊ linguã callidã longe fac a me. Qd̃ pati nolo. omnimode cauere debeo. O ꝙ bonũ ⁊ pacificũ d̃ alijs ſilere. nec aliud i differẽter oia credere. nec ꝑ d̃ facili vlteri⁹ effari. paucis ſeipſũ reuelare: te ſemper inſpectorẽ cordis querere. nec omni vento verborum circũferri: ſꝫ oia intima ⁊ externa ſꝫ tue beneplacitũ volũtatis optare perfici. Quã tutũ ꝓ cõſeruatiõe celeſtis gratie humanã fugere apparẽtiã. nec appetere que foris admirationem videntur ꝓbere: ſed ea tota ſedulitate ſectari que vite emendationẽ dant ⁊ feruorẽ. quã multis nocuit virt⁹ ſcita ac precipitanter laudata. ꝙ ſane profuit gratia ſilentio ſeruata i hac fragili vita que tota tẽtatio fert ⁊ malitia.

De confidentia in deo habendi quando inſurgunt verborũ iacula. Cap. lj.

Fili ſta firmiter ⁊ ſpera in me. Quid enim ſunt vba niſi verba: Per aerẽ volant. ſed lapidẽ nõ lediũt. Si reus es cogita ꝙ te libẽter velis emẽdare. Si nihil tibi cõſci⁹ es. penſa ꝙ velis libenter pro deo hoc ſuſtinere. Parũ ſatis eſt vt vel verba interdum ſuſtineas q̃ necdũ fortia verbera tolerare vales. Et quare taꝫ parua tibi ad cor trãſeũt. niſi quia ad huc carnalis es: ⁊ homĩes magis ꝙ oportet attẽdis: Nã quia deſpici metuis. reprehẽdi pro exceſſibus nõ vis. ⁊ excuſationũ queris vmbracula. Sed inſpice te melius ⁊ agnoſces quia viuit adhuc in te mũdus ⁊ vanus amoꝛ placẽdi hominibus. Cũ enim baſſari refugis ⁊ cõfundi pro defectibus. conſtat vtiqꝫ ꝙ nec vere humilis ſis. nec vere mundo mortuus nec tibi mũdus crucifixus. Sed audi verba mea: ⁊ nõ curabis decẽ millia hominum verba. Ecce ſi cuncta ꝯtra te dicerentur que fingi malicioſiſſime poſſent. quid tibi noceret ſi oĩo tranſire permitteres nec pluſꝙ feſtucam perpenderes: Nũquid vel vnũ capillũ tibi extraheŕ poſſent.





Sꝫ qui cor intus nõ habet nec deũ pre oculis. faciliter verbo mouet increpationis. Qui autem in me cõfidit: nec proprio iudicio ſtare appetit. abſqꝫ humano terrore erit. Ego enĩ ſũ iudex ⁊ cognitor oĩuꝫ ſecretoꝝ: ego ſcio qualiter res acta e. ego iniuriantẽ noui ⁊ ſuſtinẽtẽ. A me exijt verbũ iſtud: me permittente hoc accidit. vt reuelẽtur ex multis cordibus cogitatiões. Ego reum ⁊ innocentem iudicabo: ſed occulto iudicio vtrũqꝫ ante probare volui. Teſtimoniũ hoĩuꝫ ſepe fallit. meum iudicium verũ eſt. ſtabit ⁊ non ſubuertetur. latet plerumqꝫ ⁊ paucis ad ſingla patet. nũꝗ tamẽ errat nec errare poteſt. etiã ſi oculis inſipientiũ non rectũ videatur. Ad me ergo recurrendũ eſt in omni iudicio. nec proprio innitendũ arbitrio. Juſtus enim non conturbabiŕ quicquid a deo ei acciderit. Etiã ſi iniuſte aliqͥd cõtra eũ prolatum fuerit. non multum curabit. Sed nec vane exultabit ſi ꝑ alios rationabiliter excuſet. Penſat nãqꝫ qꝛ ego ſum ſcrutans corda ⁊ renes qui non iudico ſm faciẽ ⁊ humanam apparentiã. Nam ſepe in oculis meis reperit culpabile: qd̃ hominũ iudicio credit laudabile. Dñe deus iudex iuſte fortis ⁊ patiẽs q̃ hominũ noſti fragilitatẽ ⁊ prauitatẽ. eſto robur meũ ⁊ tota fiducia mea. Non enim mihi ſufficit conſciẽtia mea. tu noſti quod ego nõ noui: ⁊ ideo in omni reprehẽſiõe me humiliare debui ⁊ mãſuete ſuſtinere. Ignoſce ergo mihi propitius quãtiens ſic nõ egi: ⁊ dona iterũ gratiã amplioris ſufferãtie. Melior eſt enĩꝫ mihi tua copioſa miſericordia ad conſecutionem indulgentie: ꝙ mea opinata iuſticia pro defenſione latentis cõſcientie. Et ſi nihil mihi conſcius ſum. tamẽ in hoc me iuſtificare nõ poſſũ: qꝛ remota miſericordia tua nõ iuſtificabiŕ in cõſpectu tuo omnis viuẽs.

Qd̃ oia grauia pro eterna vita ſunt toleranda. Cap. lij.

Fili nõ frangant te labores quos aſſũpſiſti ꝓpter me nec tribulatiões te dijciant vſqꝫ quaqꝫ. ſꝫ mea ꝓmiſſio in omni euẽtu te roboret ⁊ ꝯſoletur. ego ſufficiẽs ſuꝫ ad reddẽdũ ſupra omnẽ modũ ⁊ menſurã. Non hic diu laborabis. nec ſemꝑ grauaberis doloribus: Expecta paulisper ⁊ videbis celerẽ finẽ malorũ. Ueniet vna hora quãdo ceſſabit omnis labor ⁊ tumultus. Modicũ e ⁊ breue omne quod tranſit cũ tẽpore. Age ergo ut agis fideliter. labora in vinea mea. ego ero merces tua. Scribe lege. canta. geme. tace ora. ſuſtine viriliter contraria: digna e his omnib⁹ ⁊ maiorib⁹ ꝓlijs vita eterna. Ueniet pax i die vna que nota e dño. Nõ enĩꝫ erit dies vel nox hui⁹ ſcilicet tẽporis: ſꝫ lux ꝑpetua. claritas infinita pax firma ⁊ requies ſecura. Nõ dices tũc: quis me liberabit de corpe mortis hui⁹ nec clamabis: heu mihi qꝛ incolatus me⁹ ꝓlõgat⁹ e. qm̃ ꝑcipitabiŕ

mors. ⁊ ſalus erit indefectiua. an
xietas nulla. iocunditas beata. ſo
cietas dulcis ⁊ decora. O ſi vidiſ
ſes ſanctorum i celo coronas ꝑpetu
as. quanta quoqꝫ nūc exultāt glo
ria qui huic mūdo olim cōtēptibi
les ⁊ quaſi vita ipſi idigni putabant
profecto te ſtatim hūiliares vſqꝫ
ad terrā: ⁊ affectares potius om
nib⁹ ſubeſſe q̄ vni preeſſe. nec hui⁹
vite letos dies cōcupiſceres. ſꝫ ma
gis pro deo tribulari gauderes: ⁊
pro nihilo inter hoīes ꝯputari ma
ximū lucrū duceres. O ſi tibi hec
ſaperēt ⁊ ꝓfunde ad cor tranſirēt
quō auderes vel ſemel conqueri:
Nōne pro vita eterna cuncta labo
rioſa ſunt tolerāda? Nō ē paruū
quid lucrari aut perdere regnū dei
Leua igit faciē tuam in celo. Ecce
ego ⁊ omnes ſancti mei mecū q̄ i
hoc ſeclo magnū habuere certamē
modo gaudent. mō conſolant: ⁊
modo ſecuri ſūt: ⁊ mō rquieſcunt
⁊ ſine fine in regno patris mei per
manebunt mecum.

De die eternitatis ⁊ huius vite
angustijs. Cap. xlviij.

Superne ciuitatis mānſio
beatiſſima. O dies eterni
tatis clariſſima quā no x
nō obſcurat: ſed ſūma veritas ſem
per irradiat. dies ſemꝑ leta. ſemꝑ
ſecura: ⁊ nūq̄ ſtatū mutās i cōtra
ria. O vtinā dies illa illuxiſſet ⁊
cuncta hec temporalia finem acce
piſſet. Lucet quidē ſanctis ꝑpetua
claritate ſplendida: ſed non niſi a
longe per ſpeculū peregrinantib⁹
in terra. Norunt celiciues q̄ gau
dioſa ſit illa: gemūt exules filij eue
q̄ amara ⁊ tedioſa ſit iſta. dies hu
ius tēporis parui ⁊ mali. pleni do
loribus ⁊ āguſtijs. vbi homo mul
tis peccatis īqnatur. multis paſ
ſionib⁹ irretit. multis timorib⁹ ſtri
git. multis curis diſtēdit: ⁊ multis
curioſitatib⁹ diſtrahit. multis va
nitatibus īplicat. multis errorib⁹
circūfundit. multis laborib⁹ atter
itur. tentatiōib⁹ grauat. delicijs
eneruat. egeſtate cruciat. O q̄n fi
nis horꝫ malorꝫ laborꝫ. quādo li
berabor a miſera ſeruitute vitiorꝫ.
Quādo memorabor dñe tui ſoli⁹.
quādo ad plenū letabor i te. Qn̄
ero ſine omni īpedimēto ⁊ in vera
libertate ſine oī grauamine mētis
⁊ corporis. Quando erit pax ſoli
da: pax īperturbabil ⁊ ſecura: pax īt
tus ⁊ foris: pax ab omni parte fir
ma. Jhū bone quādo ſtabo ad vi
dendū te. quando contemplabor
gloriam regni tui. quādo eris mi
hi omnia in omnibus. O q̄n ero
tecū in regno tuo quod ꝑparaſti
dilectis tuis ab eterno. Relict⁹ ſū
pauper ⁊ exul in terra hoſtili. vbi
bella quotidiana ⁊ infortunia ma
xima. Conſolare exiliū meū. mi
tiga dolorē meū: q2 ad te ſuſpirat
omne deſideriū meum. Nā onus
mihi totū ē quicquid mūdus hic
offert ad ſolatium. Deſidero te in
time frui: ſed nequeo apprehēdere
Opto inherere celeſtibus: ſed de
primūt res tēporales ⁊ imortifica
te paſſiones. Mente oībus rebus



ſupereſſe volo: carni autem inuite
ſubeſſe cogor. Sic ergo infelix hō
mecum pugno: ⁊ factus ſum mihi
metipſi grauis. dū ſpiritus ſurſuꝫ
⁊ caro querit eſſe deorſum. O qd
intus patior dū mēte celeſtia tra
cto ⁊ mox carnaliū turba occurrit
orāti Deus me⁹ ne elōgeris a me
neqꝫ declines in ira a ſeruo tuo.
Fulgura coruſcationē tuā ⁊ diſſi
pa eas: emitte ſagittas tuas ⁊ con
turbentur omnes fantaſie inimici
Recollige ſenſus meos ad te Fac
me obliuiſci omniū mūdanorꝫ. da
cito abijcere ⁊ contēnere fātaſma
ta vitiorum. Succurre mihi eter
na veritas vt nulla me moueat va
nitas. Adueni celeſtis ſuauitas ⁊
fugiat a facie tua oīs impuritas.
Ignoſce quoqꝫ mihi ⁊ miſericordi
ter idulge quotiēs preter te aliud i
oratione reuoluo. Cōfiteor eteniꝫ
vere q2 valde diſtracte me habere
ꝯſueui. Nā ibi multotiēs nō ſum
vbi corporalit̄ ſto aut ſedeo: ſꝫ ibi
magis ſū quo cogitationibus ferꝛ
Ibi ſum vbi cogitatio mea ē. Ubi
eſt frequēter cogitatio mea. ibi eſt
id quod amo. hoc mihi cito occur
rit quod naturaliter delectat aut
ex vſu placet. Unū tu veritas apte
dixiſti: Ubi eni ē theſaur⁹ tu⁹. ibi
eſt ⁊ cor tuū. Si celū diligo. libēter
de celeſtib⁹ penſo: ſi mūduꝫ amo
felicitatibus mūdi congaudeo: et
de aduerſitatibus eius triſtor. Si
carnē diligo. que carnis ſunt ſepiſ
ſime imaginor. Si ſpiritū amo. de
ſpiritualib⁹ cogitare delector. Que
cūqꝫ enim diligo. de his libēter lo
quor ⁊ audio: atqꝫ taliū imagines
ad domū mecū reporto. Sed bea
tus ille homo qui ꝓpter te dñe om
nibus creaturis abeundi licentiā
tribuit: qui nature vim facit ⁊ ꝯcu
piſcētias carnis feruore ſpirit⁹ cru
cifigit. vt ſerenata conſciētia purā
tibi orationē offerat: dignuſqꝫ ſit
angelicis intereſſe choris. omnib⁹
terrenis foris ⁊ intus excluſis.

De deſiderio eterne vite ⁊
quanta ſint certantibus
bona promiſſa Cap. xlix.

Fili mi cū tibi deſideriū
eterne beatitudinis deſup
infundi ſentis ⁊ de taber
naculo corporis exire cōcupiſcis
vt claritatē meā ſine viciſſitudinis
vmbra cōtēplari poſſis. dilata cor
tuū ⁊ omni deſiderio hanc ſanctaꝫ
inſpirationē ſuſcipe. Redde ampli
ſimas ſuperne bonitati gratias q̄
tecum ſic dignanter agit. clemēt
viſitat. ardenter excitat. potenter
ſubleuat ne proprio pondere ad ter
renā labaris. Neqꝫ enim hoc co
gitatu tuo aut conatu accipis. ſꝫ ſo
la dignatione ſuperne gratie ⁊ di
uini reſpectus: quatenus in virtu
tibus ⁊ maiori humilitate ꝓficias
⁊ ad futura certamina te prepares
mihiqꝫ toto cordis affectu adhere
re ac ferventi volūtate ſtudeas de
ſeruire. Fili ſepe ignis ardet. ſꝫ ſine
fumo flamma non aſcendit: Sic ⁊
aliquorum deſideria ad celeſtia fla
grant. ⁊ tamē a tētatione carnalis
affectus liberi non ſunt. Idcirco

nec oio pure pro bonore dei agunt
ꝙ tam deſideranter ab eo petunt.
Tale ē ⁊ ſepe tuū deſideriū: quod
inſinuaſti foꝛe tam iportunū. Non
enim eſt hoc purū ⁊ perfectum qḋ
propꝛia comoditate eſt infectum.
Pete non quod tibi eſt delectabile
⁊ comodū. ſed quod mihi accepta
bile ē atqꝫ honoꝛif. cum. quia ſi re
cte iudicas. meā oꝛdinationē tuo
deſiderio ⁊ omni dſiderato pꝛefer
re debes ac ſequi. Noui dſideriū
tuum ⁊ frequentes gemitus audi
ui. Jam velles eſſe i libertate glo
rie filioꝝ dei. iam te delectat do
mus eterna ⁊ celeſti patria gaudio
plena: ſed nondū venit hoꝛa iſta. ſꝫ
ē adhuc aliud tēpus belli. videli
cet tēpus laboꝛis ⁊ ꝓbatiōis. Op
tas ſūmo repleri bono. ſed nō po
tes hoc aſſequi modo. Ego ſuꝫ. ex
pecta me dicit dñs: donec veniat
regnū dī. Probandus es adhuc i
terris ⁊ in multis exercitandus.
Conſolatio. ibi interdum dabitur
ſed copioſa ſatietas nō concedit
Confoꝛtare igitur ⁊ eſto robuſtus
tam in agendo ꝙ in patiendo na
ture contraria. Opoꝛtet te nouum
induere hominē ⁊ in alterū virum
mutari. Opoꝛtet te ſepe agere qḋ
non vis: ⁊ quod vis opoꝛtet te re
linquere. Quod aliis placet ꝓceſ
ſuꝫ habebit. quod tibi placet vltra
nō pꝛoficiet. Quod alij dicunt au
dietur: quod tu dicis ꝓ nihilo con
putabitur. Petent alij ⁊ accipient
tu petes nec impetrabis. Erūt alij
magni in oꝛe hoiuꝫ: de te autē ta
cebit. Aliis hoc vel illud cōmitte
tu autē ad nihil vtile iudicaberis.
Nam ꝓpter hoc natura aliquādo
contriſtabit. ⁊ magnū ſi ſilens poꝛ
taueris. In his ⁊ ſimilibus multis
probari ſolet fidelis dñi ſeru⁹ qua
liter ſe abnegare ⁊ in omnibus frā
gere quiuerit. Uix eſt aliquid tale
in quo tantūdē moꝛi indiges. ſicut
non videri. ⁊ pati que volūtati tue
aduerſa ſūt. maxie aūt cū diſcon
uenientia ⁊ que min⁹ vtilia tibi ap
parent fieri iubentur. Et quia non
audes reſiſtere altioꝛi poteſtati ſub
domino conſtitutus. ideo durū ti
bi videtur ad nutum alterius am
bulare ⁊ omne ꝓpꝛiū ſentire ꝑmit
tere. Sed penſa fili hoꝛum fructū
laboꝝ. celerē finem atqꝫ pꝛemiuꝫ
nimis magnū. ⁊ non habebis inde
grauamen ſed foꝛtiſſimū patientie
tue ſolamen. Naꝫ ⁊ ꝓ modica hac
voluntate quā nunc ſponte deſeri
habebis ſemper voluntatē tuā in
celis. Ibi quippe inuenies omne
quod volueris. omne quod deſide
rare potes. Ibi aderit tibi toti⁹ fa
cultas boni ſine timoꝛe amittēdi.
Ibi voluntas tua vna ſemꝑ mecū
nil cupiet extraneū vel pꝛiuatum.
Ibi nullus reſiſtet tibi. nemo de te
cōqueret. nemo impediet. nil obui
abit: ſꝫ cuncta deſiderata ſimul
erunt pꝛeſentia: totumqꝫ affectum
tuum reficient ⁊ adimplebūt vſqꝫ
ad ſūmū. Ibi reddam gloꝛiam pꝛo
cōtumelia perpeſſa, palliuꝫ laudis
pꝛo meroꝛ. ꝓ loco nouiſſimo ſedē
regni i ſecula. Ibi apparebit fruct⁹



obediētie: gaudebit laboꝛ penitēn
tie. ⁊ humilis ſubiectio coꝛonabit
glorioſe. Nunc ergo te inclina hu
militer ſub omniū manib⁹. nec ſit
cure quis hoc dixerit vel iuſſerit:
ſꝫ hoc magnopere curato vt ſiue ꝓ
lat⁹ ſiue minoꝛ aut equal' aliquid
a te expoſcerit vel innuerit. pro bo
no totū accipias ⁊ ſincera volūta
te ſtudeas adimplere. Querat ali
us hoc. alius illud: gloꝛiet ille in il
lo. ⁊ iſte in iſto: laudeturqꝫ millies
mille tu autem nec in iſto: nec in il
lo ſed tuipſius gaude contēptu: ⁊
in mei ſoli⁹ beneplacito ac honoꝛe
Hoc optandū ē tibi: vt ſiue per vi
tam ſiue per moꝛteꝫ. deus ſemper
in te gloꝛificetur.

Qualiter homo deſola
tus debeat in manus dei
ſe offerre Cap. lv.

Omine deus ſancte pater
ſis nunc ⁊ in eternum be
nedictus. quia ſicut vis fa
ctum eſt: ⁊ quod facis bonum eſt
Letetur in te ſeru⁹ tuus. non in ſe
nec in aliquo alio: quia tu ſolus le
ticia vera tu ſpes mea ⁊ coꝛona mea
tu gaudiuꝫ meum ⁊ honoꝛ meus
dñe. Quid habet ſeruus tuus niſi
qḋ a te accepit etiā ſine merito ſuo
Tua ſunt oia que dediſti ⁊ que fe
ciſti. Pauper ſum ⁊ in laboꝛibus
meis a iuuentute mea: ⁊ contriſta
tur anima mea nonnunꝙ vſqꝫ ad
lachꝛymas. quandoqꝫ etiam con
turbatur ad ſe propter iminentes
paſſiōes. Deſidero pacis gaudiū
pacem filioꝛum tuoꝛum flagito q
in lumine cōſolatiōis a te paſcun
tur. Si das pacem. ſi gaudiū ſan
ctum infundis: erit anima ſerui tui
plena modulatiōe ⁊ deuota i lau
de tua. Sed ſi te ſubtraxeris ſicut
ſepiſſime ſoles. non poterit curre
re viam mandatoꝛum tuoꝛum: ſed
magis ad tundēdū pectus genua
incuruantur: quia non eſt illi ſicut
heri ⁊ nudiuſtertius quādo ſplen
debat lucerna tua ſuper caput ei⁹
⁊ ſub vmbꝛa alarum tuarū pꝛote
gebatur a tentationibus irruenti
bus. Pater iuſte ⁊ ſemper laudan
de venit hoꝛa vt pꝛobetur ſeruus
tuus. Pater amande dignum ē vt
hoꝛa hac patiat pꝛo te aliquid ſer
uus tuus. Pater perpetue venerā
de venit hoꝛa quam ab eterno pꝛe
ſciebas affuturam vt ad modicuꝫ
temp⁹ ſuccumbat foꝛis ſeruus tu⁹
viuat vero ſemper apud te int⁹. pau
lulum vilipendatur. humilietur: ⁊
deficiat coꝛam hominibus. paſſio
nibus conteratur ⁊ lāguoꝛibus. vt
iterum tecum in auroꝛa noue lucis
reſurgat ⁊ in celeſtibus clarificet.
Pater ſācte tu ſic oꝛdinaſti ⁊ ſic vo
luiſti ⁊ hoc factū ē quod ipſe pꝛece
piſti. Hec eſt enim gratia ad ami
cum tuum pati. ⁊ tribulari in mun
do pꝛo amoꝛe tuo quotienſcumqꝫ
a quocūqꝫ ⁊ quomodocūqꝫ id per
miſeris fieri. Sine conſilio ⁊ pꝛoui
dentia tua ⁊ ſine cauſa nihil fit in
terra. Bonum mihi domine ꝙ hu
miliaſti me vt diſcam iuſtificatio
nes tuas: ⁊ omnes elationes coꝛ
dis atqꝫ pꝛeſumptionis abijciam.

Utile mihi ꝙ cõfuſio coopꝛuit fa
ciem meã vt te potiꝰ ꝙ homines
ad cõſolandũ requirã. Didici etiã
ex hoͦ īſcrutabile iudiciũ tuũ expa-
ueſcere qui affligis iuſtũ cũ impio
ſʒ nõ ſine equitate ⁊ iuſticia. Gratias
tibi q̄a nõ pepercisti malis meis ſʒ
attriuiſti me verberibꝰ amoꝛis in
fligẽs doloꝛes: ⁊ imittẽs anguſtias
foꝛis ⁊ intus. Non eſt qui me con
ſoletur ex omnibus que ſub celo
ſunt niſi tu dñe deus meꝰ. celeſtis
medicꝰ animarũ. qui percutis ⁊ ſa
nas. deducis ad iferos ⁊ reducis.
Diſciplina tua ſup me: ⁊ vg̃a tua
ipſa me docebit. Ecce pat̃ dilecte
in manibꝰ tuis ego ſuʒ. ſub virga
coꝛrectionis tue me ic ino. percute
doꝛſum meũ ⁊ collũ meũ vt icur-
uem ad voluntatẽ tuã toꝛtuoſitatẽ
meã. Fac me piũ ⁊ humilẽ diſcipu
lũ ſicut bene facere cõ ueuiſti. vt
ambulẽ ad omnẽ nutũ tuuʒ. Tibi
me ⁊ omnia mea ad coꝛrigendum
cõmẽdo. melius eſt hic coꝛripi ꝙ i
futuro. Tu ſcis omnia ⁊ ſingula: ⁊
nil te latet in humana conſcientia.
Anteꝙ fiant noſti ventura: ⁊ non
opus ẽ tibi vt quis te doceat aut
admoneat de his que geruntᷣ i ter
ra. Tu ſcis quid expedit ad ꝓfectũ
meũ: ⁊ quãtũ deſeruit tribulatio ad
rubiginẽ vicioꝝ purgandam. Fac
mecũ deſideratũ beneplacitũ tuũ
⁊ ne deſpicias peccaminoſaʒ vitã
meã: nulli melius nec clariꝰ ꝙ tibi
ſoli notã. Da mihi dñe ſcire quod
ſciendũ ẽ. hoc amare quod aman
dũ ẽ. hoc laudare quod tibi ſũme
placet. hoc reputare quod tibi pre
cioſum apparet. hoc vituperatᷣ qđ
oculis tuis ſoꝛdeſcit. Nõ me ſinas
ſm viſionẽ oculoꝝ exterioꝝ iudi
care neqꝫ ſm auditũ auriũ hoium
imperitoꝝ ſententiare: ſed i iudicio
vero de viſibilibus ⁊ ſpiritualibꝰ
diſcernere. atqꝫ ſup oĩa volunta-
teʒ beneplaciti tui ſemper inquire-
re. Falluntᷣ ſepe hominũ ſenſus in
iudicãdo. fallũtur ⁊ amatoꝛes ſe-
cl. viſibilia tãtũmõ amãdo. Quid
eſt homo inde melioꝛ quia reputa
tur ab homine maioꝛ? Fallax falla
cẽ. vanꝰ vanũ. cecus cecũ. infirmꝰ
īfirmũ decipit dũ exaltat: ⁊ veraci
ter magis cõfundit. dũ inaniter lau
dat. Nã quantũ vnuſquiſqꝫ eſt in
oculis tuis. tantũ eſt ⁊ nõ ampliꝰ
ait humilis ſanctꝰ franciſcus.

De humilibus inſiſtendum
eſt operibus cum deficitur
a ſummis Cap. lvj.

Fili nõ vales ſemꝑ in fer
uentioꝛi deſiderio virtu
tũ ſtare nec i altioꝛi gradu
contẽplationis. ſed neceſſe habes
interdũ ob oꝛiginalẽ coꝛruptelaʒ
ad inferioꝛa deſcẽdere ⁊ onꝰ coꝛ-
ruptibilis vite etiam inuite ⁊ cuʒ
tedio poꝛtare. Quãdiu mõtale cõ
pꝰ geris. tediũ ſentíes ⁊ grauamẽ
cõdis. Opoꝛtet ergo ſepe i carne đ
carnis onere gemere. eo ꝙ non va
les ſpiritualibus ſtudijs ⁊ diuine
cõtemplationi indeſinenter inhere
re. Tunc expedit tibi ad humilia
⁊ exterioꝛa opera cõfugere ⁊ i bo
nis te actibus recreare. aduentuʒ



meuʒ ⁊ ſupernã viſitationẽ firma
confidẽtia expectare. exilium tuũ
⁊ ariditatem mentis patienter ſuf
ferre donec iterũ a me viſiteris: ⁊
ab omnibꝰ anxietatibꝰ libereris.
Nam faciam te laboꝛum obliuiſci
⁊ interna quiete perfrui. Expandã
coꝛam te prata ſcripturarũ. vt di-
latato coꝛde currere incipias viaʒ
mandatoꝛum meoꝝ. ⁊ dices: Nõ
ſunt condigne paſſiones huiꝰ tem
poꝛis ad futuram gloꝛiã que reue
labitur in nobis.

Q homo nõ reputet ſe con-
ſolatione dignum ſed magis
verberibus reum Cap. lvij.

Omine non ſum dignus
cõſolatiõe tua nec aliqua
ſpirituali viſitatiõe ⁊ ideo
iuſte mecũ agis quãdo me inopẽ ⁊
deſolatũ relinquis. Si enim ad in
ſtar maris lachrymas fũdere poſ
ſem. adhuc cõſolatione tua dignꝰ
non eſſem. Unde nihil dignus ſuʒ
ꝙ flagellari ⁊ puniri quia grauiter
⁊ ſepe te offendi ⁊ i multis valde
deliqui. Ergo vera penſata ratiõe
nec minima ſum dignꝰ cõſolatiõe:
ſed tu clemens ⁊ miſericoꝛs qui ñ
vis perire opera tua. ad oſtẽdẽdũ
diuitias bonitatis tue in vaſa mi-
ſericoꝛdie tue etiã preter omne ꝓ
priũ meritũ dignaris conſolari ſer
uum tuũ ſupra humanum moduʒ
Tue enim conſolationes nõ ſunt
ſicut hũane cõfabulatiões. Quid
egi dñe vt mihi conferres aliquã
celeſtem cõſolationem? Ego nihil
boni me egiſſe recolo: ſed ſẽꝑ ad
vicia pronũ ⁊ ad emendationẽ pi-
grum fuiſſe. Verũ eſt ⁊ negare nõ
poſſum: Si aliter dicerẽ. tu ſtares
contra me ⁊ non eſſet qui defende
ret. Quid merui ꝓ peccatis meis
niſi infernum ⁊ ignem eternũ? In
veritate confiteoꝛ quoniam dignꝰ
ſum omni ludibꝛio ⁊ contẽptu nec
decet me iter deuotos tuos cõmo
rari. Et licʒ hoc egre audiã tamen
aduerſuʒ me pro veritate peccata
me arguam. vt facilius miſericoꝛ-
diaʒ tuam merear impetrare. Quid
dicam reus ⁊ omni cõfuſione ple
nus? Non habeo os loquendi niſi
hoc tñ verbum: peccaui dñe pec-
caui miſerere mei. ignoſce mihi.
Sine me paululũ vt plangam do
loꝛem meũ anteꝙ vadam ad terrã
tenebꝛoſam ⁊ opertam moꝛtis cali
gine. Et quid tam maxime a reo ⁊
miſero peccatoꝛe requiris niſi vt cõ
teratur ⁊ humilet ſe pro delictis
ſuis? In vera contritione ⁊ coꝛdis
humiliatione naſcitur ſpes venie.
reconciliatur perturbata cõſciẽtia
reparatᷣ gratia ꝑdita tuetur homo
a futura ira: ⁊ occurrũt ſibi mutuo
i oſculo ſancto deus ⁊ penitẽs aĩa.
Humilis peccatoꝛũ cõtritio accep
tabile tibi eſt dñe ſacrificiũ. longẽ
ſuauius odoꝛans i cõſpectu tuo ꝙ
thuris incenſum. Hoc ẽ gratũ etiã
vnguẽtũ quod ſacris pedibꝰ tuis
infundi voluiſti: quia coꝛ contritũ
⁊ humiliatum nũꝙ deſpexiſti. Ibi
eſt locus refugij a facie ire inimici
Ibi emendatur ⁊ abluitur quicqđ
aliunde contractũ eſt ⁊ inquinatũ

De gratia que non miſcetur ter-
renis ſapientibus   Cap.lviij.

Fili precioſa ē gratia mea.
non patit ſe miſceri extra-
neis rebus nec cōſolatio-
nib⁹ terrenis. Abijcere ergo opor
tet oia īpedimenta gratie ſi optas
eius infuſionem ſuſcipere. Pete ſe
cretū tibi ama ſolus habitare tecū
nullis require confabulationē ſed
magis ad deum deuotā effunde p̄
cem vt cōpunctā teneas mentem ⁊
puram conſcientiā. Totum mūdū
nihil eſtima dei vocationem omni
bus exterioribus antepone. Non
enim poteris mihi vacare ⁊ i trāſi
torijs pariter delectari. A notis ⁊
a charis amicis oportet elongari:
⁊ ab omni temporali ſolatio mētē
tenere priuatam. Sic obſecrat bea
tus aplus petrus vt tāq̄ aduenas
⁊ peregrinos in hoc mūdo ſe con-
tineāt xp̄i fideles. O quāta fiducia
erit morituro quē nullius rei affe-
ctus detinet i mūdo. Sed ſic ſegre
gatū cor habere ab omnibus eger
necdum capit anim⁹. nec animalis
homo nouit interni hominis li-
bertatē. Attamen ſi vere velit eſſe
ſpiritualis oportet eū renūciare tā
remotis q̄ propinquis: ⁊ a nemie
magis cauere q̄ a ſeipſo. Si temet
ipſum pfecte viceris. cetera facili⁹
ſubiugabis. Perfecta nāq̄ victoria
eſt de ſemetipſo triunphare. Qui
enim ſemetipſum ſubiectū tenet vt
ſenſualitas rationi ⁊ ratio in cun-
ctis obediat mihi. hic vere victor ē
ſui ⁊ dñs mundi. Si ad hūc apicē
ſcādere gliſcis. oportet viriliter in
cipere ⁊ ſecurim ad radicē ponere
vt euellas ⁊ deſtruas occultam ⁊ ī
inordinatam iclinationē ad teipſū
⁊ ad omne priuatū ⁊ materiale bo
num. Ex hoc vitio q̄ homo ſemet-
ipſum nimis inordinate diligit. pe
ne totum pendet quicquid radica-
liter vincendū eſt. Quo deuicto ⁊
ſubacto malo: pax magna ⁊ tran-
quillitas erit continuo. Sed quia
pauci ſibiipſis perfecte mori labo
rant nec plene extra ſe tendūt. prō
pterea in ſe iplicati remanent nec
ſupra ſe in ſpiritu eleuari poſſunt.
Qui aūt libere mecū ambulare d̄
ſiderat neceſſe ē vt omnes prauas
⁊ inordinatas affectiōes ſuas mor
tificet. atq̄ nulli creature priuato
amore concupiſcenter inhereat.

De diuerſis motibus nature
⁊ gratie   Cap.lix.

Fili diligēter aduerte mo-
tus nature ⁊ gratie q2 val
de contrarie ⁊ ſubtilit mo
uentur: ⁊ vix niſi a ſpirituali ⁊ inti
mo illuminato homine diſcernūtur
Omnes quidem bonum appetūt.
⁊ aliquid boni in ſuis dictis vel fa
ctis pretēdunt: ideo ſub ſpecie bo-
ni multi falluntur. Natura callida
eſt ⁊ multos trahit illaqueat ⁊ de
cipit. ⁊ ſe ſēper p fine habet: Sed
gratia ſimpliciter ābulat ⁊ ab om-
ni ſpecie mala declinat fallacias n̄
pretēdit ⁊ oia pure ppter dū agit:
in quo ⁊ finaliter requieſcit. Na-
tura inuite vult mori. nec premi nec
ſuperari nec ſubeſſe nec ſponte ſū



iugari: Gratia vo ſtudet mortifica
tioni proprie reſiſtit ſenſualitati.
querit ſubijci appetit vinci. nec p
pria vult libertate fungi ſub diſci-
plina amat teneri. nec alicui cupit
dominari. ſz ſub deo ſemp viuere
ſtare ⁊ eſſe. atq̄ propter deū omni
humane creature humiliter pata
ē iclinari. Natura p ſuo comodo
laborat ⁊ quid lucri ex alio ſibi p
ueniat attēdit: Gratia autem non
quid ſibi vtile ⁊ comodoſum ſit ſz
quod multis proficiat magis con
ſiderat. Natura libenter honorē ⁊
reuerētiā accipit: Gratia vo omnē
honorē ⁊ gloriam deo fideliter at-
tribuit. Natura cōfuſionē timet ⁊
contēptū: Gratia aūt gaudet pno-
mine ihu cōtumeliā pati. Natura
ociū amat ⁊ quietē corporalē: Gra
autē vacua eſſe nō poteſt. ſed libēt
āplectit laborē. Natura querit cu
rioſa habere ⁊ pulchra. ⁊ abhorret
vilia ⁊ groſſa. Gra vo ſimplicib⁹
delectat ⁊ humilib⁹. aſpera nō aſpe
rnāt. nec vetuſtis refugit indui pan
nis. Natura reſpicit tēporalia gau
det ad lucra terrēa. triſtat de dāo
irritat leui iiurie verbo: Sed gra-
tia attēdit eterna. non inheret tem-
poralibus. nec in perditione rerū
turbat neq̄ vbis durioꝝ acer-
bat. quia theſaurum ſuum ⁊ gau-
dium in celo vbi nil perit cōſtituit
Natura cupida ē ⁊ libenti⁹ accipit
q̄ donat. amat propria ⁊ priuata:
Gratia autē pia eſt ⁊ cōmunis vi-
tat ſingularia. contentatur paucis
beatius iudicat dare q̄ accipere
Natura inclinat ad creaturas. ad
carnē ppriā. ad vanitatē ⁊ diſcurſ⁹
Sz gratia trahit ad deū ⁊ ad vir-
tutes renūciat creaturis fugit mūdū
odit carnis deſideria. reſtrigit eua
gationes erubeſcit in publico ap
parere. Natura libenter aliqđ ſo-
latiū habet externum in quo dele-
ctetur ad ſenſum: Sed gratia i ſo-
lo deo querit conſolari ⁊ in ſūmo
bono ſup omnia viſibilia delectari
Natura totū agit propter lucruz ⁊
comodū propriū. nihil gratis face-
re poteſt. ſed aut equale aut meli⁹
aut laudem vel fauorē pro benefi
ctis cōſequi ſperat. ⁊ multū pōderari
ri ſua geſta ⁊ dona ꝯcupiſcit: Gra-
tia vo nil tēporale querit nec aliud
pmiū q̄ deū ſolū p mercede poſtu
lat nec ampli⁹ d̄ tēporalib⁹ neceſſa
rijs d̄ſiderat niſi quātū hec ſibi ad
aſſecutionē eternoꝝ valeāt deſerui-
re. Natura gaudet de amicis mltis
⁊ ppiquis gloriat de nobili loco ⁊
ortu generis arridet potētib⁹ blā-
dit diuitib⁹ aplaudit ſibi ſimilib⁹
Gratia aūt ⁊ inimicos diligit. nec
de amicoꝝ turba extollit. nec locū
nec ortū nataliū reputat niſi virt⁹
maior ibi fuerit fauet magis pau-
peri q̄ diuiti cōpatit plus innocēti
q̄ potenti congaudet veraci nō fal
laci. exhortat ſemp bonos melio-
ra cariſmata emulari ⁊ filio dei p
virtutes aſſimilari. Natura de de
fectu ⁊ moleſtia cite cōquerit: Gra
cōſtanter fert inopiā. Natura oia
ad ſe reflectit p ſe certat ⁊ arguit:
Gratia autē ad deū cuncta reducit

vend e originali emanat. nihil bo
ni ſibi aſcribit nec arroganter pre-
ſumit nō contendit nec ſuā ſententi
am aliis prefert ſed in omni ſēſu ⁊
intellectu eterne ſapiētie ac diuino
examini ſe ſubmittit. Natura ape-
tit ſcire. ⁊ noua ſecreta audire. vult
exteri⁹ apparere ⁊ multa per ſēſus
experiri. deſiderat agnoſci ⁊ agere
vnde laus ⁊ admiratio ꝓcedit. Sʒ
gratia non curat noua nec curioſa
ꝑcipere q̄ȝ totū h⁹ de vetuſtate cor
ruptionis eſt ortū cū nihil nouū ⁊
durabile ſit ſup terrā. Docet itaqȝ
ſenſus reſtringere vanā cōplacē-
tiā ⁊ oſtētationē deuitare. laudan
da ⁊ digne miranda humiliter ab
ſcōdere. ⁊ de omi re ⁊ de omni ſci
entia vtilitatis fructū atqȝ dei lau
dem ⁊ honorē querere. Nō vult ſe
nec ſua p̄dicari ſʒ deū i donis ſuis
optat benedici qui cūcta ex mera
charitate largitur. Hec gratia ſup
naturale lumē ⁊ quoddā dei ſpeci
ale donū eſt ⁊ ꝓprie electorū ſigna
culū ⁊ pign⁹ ſalutis eterne que ho
minē de terrenis ad celeſtia aman
da ſuſtulit ⁊ de carnali ſpiritualē
efficit. Quāto igit natura ampli⁹
premitur ⁊ vincit tāto maior gra-
tia infundit ⁊ quotidie nouis viſi
tationibus īterior homo ſm ima-
ginē dei reformatur.

De corruptione nature ⁊ effica
cia gratie diuine   Cap. lx.

Domine deus me⁹ qui me
creaſti ad imaginē ⁊ ſimi
litudinē tuā cōcede mihi
hanc gratiā quā oſtēdiſti mihi tā
magnā ⁊ neceſſariā ad ſalutem vt
vincam peſſimam naturā meā tra
hentem ad peccata ⁊ in perditionē
Sentio eni in carne mea legē pec-
cati contradicentē legi mētis mee
⁊ captiuū me ducētē ad obediēdū
ſenſualitati i multis nec poſſū re-
ſiſtere paſſionibus eius niſi aſſiſtat
tua ſāctiſſima gratia cordi meo ar
denter infuſa. Opus eſt gratia tua
⁊ magna gratia vt vīcatur natura
ad malū ſēp prona ab adoleſcētia
ſua. Nam ꝑ primū hominē adam
lapſa ⁊ viciata ꝑ peccatū i omnes
homines pena hui⁹ macule deſcē
dit. vt ipſa natura que bōa ⁊ recta
a te condita fuit. ꝓ vicio iam ⁊ in
firmitate corrupte nature pōat co
ꝙ motus eius ſibi relictus ad ma
lum ⁊ inferiora trahat. Nā modi-
ca vis que remāſit eſt tāq̄ ſcintilla
quedā latens in cinere. Hec ē ipſa
ratō naturalis circūfuſa magna ca
ligine adhuc iudicium habēs bo-
ni ⁊ mali: veri falſiqȝ diſtantiā licȝ
īpotēs ſit ad implere omne qđ ap
probat. nec pleno iā lumine veri-
tatis nec ſanitate affeccionū ſuaꝝ
potiat. Hinc eſt deus me⁹ ꝙ con-
delector legi tue ſm īteriorem ho-
minem ſciens mādatum tuū fore
bonum. iuſtum ⁊ ſanctū: arguens
etiā omne malum ⁊ peccatum fugi
endū carne aūt ſeruio legi peccati
dū magis ſēſualitati obedio q̄ ra
tōi. Hinc ē ꝙ velle bonū mihi ad-
iacet. ꝑficere aūt nō inuenio. Hinc
ſepe multa bona ꝓpono. ſʒ q̄ȝ grā
deeſt ad adiuuādū īfirmitatē meā



leui reſiſtentia reſilio ⁊ deficio.
Hinc accidit ꝙ viam perfectionis
agnoſco ⁊ qualiter agere debeā clare
ſatis video. ſed proprie corruptōis
pondere preſſus ad ꝑfectiora nō aſ
ſurgo. O q̄m maxime eſt mihi neceſ
ſaria dn̄e gratia tua ad inchoādū
bonū ad ꝓficiendū ⁊ ad ꝑficiēdū
Nam ſine ea nihil poſſū facere. oīa
autē poſſum in te cōfortāte me gra
tia. O vere celeſtis gratia ſine qua
nulla ſunt ꝓpria merita. nulla q̄qȝ
dona nature ponderāda. Nihil ar
tes nihil diuitie nihil pulchritudo
vel fortitudo. nihil īgeniū vel elo-
quentia valēt apud te dn̄e ſine grā
Nam dona nature bonis ⁊ malis
ſunt cōmunia. electorꝝ autē ꝓpriū
donū eſt gratia ſiue dilectio qua in
ſigniti digni habentur vita eterna
Tantū eminet hec gratia vt nec do
num ꝓphetie nec ſignorꝝ opatio
nec q̄libet alta ſpeculatio aliqđ
eſtimet ſine ea. Sʒ neqȝ fides neqȝ
ſpes neqȝ alie virtutes tibi accepte
ſunt ſine charitate ⁊ gratia. O be-
atiſſima gratia q̄ pauperē ſpiritu
virtutibus diuitem facis ⁊ diuitē
multis bonis humilē corde reddis:
veni deſcēde ad me reple me māe
conſolatiōe tua ne deficiat pre laſ-
ſitudine ⁊ ariditate mentis anima
mea. Obſecro dn̄e vt inueniā gra-
tiā in oculis tuis ſufficit enim mihi
gratia tua ceteris nō obtentis que
deſiderat natura. Si fuero tēptatus
⁊ vexatus tribulationibus mltis.
nō timebo mala dū mecum fuerit
gratia tua. Ipſa fortitudo mea ipſa
conſiliū confert ⁊ auxiliū. Cūctis
hoſtibus potentior eſt ⁊ ſapiētior
vniuerſis ſapiētibus. Magiſtra ē
veritatis doctrix diſcipline. lumē
cordis ſolamen preſſure. fugatrix
triſtitie. ablatrix. timoris. nutrix
deuotiōis. productrix lachrymarū
Quid ſum ſine ea niſi aridū lignū
⁊ ſtipes inutilis abiiciendum. Tua
ergo me dn̄e gratia ſeper preueni-
at ⁊ ſequatur ac bonis operib⁹ iu-
giter preſtet eſſe intentum. ꝑ ihm
xp̄m filium tuum. Amen.

Quod noſipſos abnegare ⁊
xp̄m imitari debemus per
crucem   Cap. lxi.

Fili quātū a te vales exire
tantū i me poteris trāſire
Sicut nihil foris concupi
ſcere in terrā pacē facit. ſic ſe inte-
rius relinquere deo coniūgit. Volo
te addiſcere perfectā abnegationē
tui in voluntate mea ſine contradi
ctione ⁊ querela. Sequere me ego
ſum via veritas ⁊ vita. Sine via
non itur ſine veritate non cogno-
ſcitur. ſine vita non viuit. Ego ſuȝ
via q̄ ſequi debes veritas cui cre-
dere debes. vita q̄ ſperare debes.
Ego ſum via inuiolabilis. veritas
infallibilis. vita interminabilis.
Ego ſum via rectiſſima. veritas ſu
prema. vita vera. vita beata. vita
increata. Si manſeris in via mea.
cognoſces veritatem. ⁊ veritas li
berabit te ⁊ apprehendes vitā eter
nam. Si vis ad vitam ingredi. ſer
ua mandata. Si vis veritatem co
gnoſcere crede mihi. Si vis ꝑfect

eſſe. vēde omnia. Si vis eſſe diſci
pulus me⁹ abnega temetipſū. Si
vis beatā vitam poſſidere pſentē
vitā contemne. Si vis exaltari in
celo. humilia te mundo. Si vis
regnare mecū. porta crucem meā
Soli enim ſerui crucis inueniunt
viā beatitudinis ⁊ vere lucis. Dñe
ihū xpe qꝛ arta ē via tua ⁊ mūdo
deſpecta. dona mihi tecū mūdi de
ſpectū imitari. Nō enim maior eſt
ſeruus dño ſuo nec diſcipulus ſup
magiſtrū. Exerceat ſeruus tuus in
vita tua qꝛ ibi eſt ſalus mea ⁊ ſan
ctitas vera. Quicqd extra eā lego
vel audio non me recreat nec dele
ctat plene. Fili quia hec ſcis ⁊ legi
ſti omnia beatus eris ſi feceris ea.
Qui habet mandata mea ⁊ ſeruat
ea ipſe eſt qui diligit me ⁊ ego dili
gam eū ⁊ manifeſtabo ei meipſum ⁊
faciā eum cōſedere mecū ī regno
patris mei. Dñe igit ſicut dixiſti ⁊
promiſiſti. ſic vtiqꝫ mihi pmereri
contingat. Suſcepi de manu tua
crucē portabo eam vſqꝫ ad mortē
ſicut impoſuiſti mihi. Uere vita boni
monachi crux eſt ſed dux paradiſi
Inceptū eſt retro abire non licet.
nec relinquere oportet. Eya fratres
pergamus ſimul. ihs erit nobiſcū.
Propter ihm ſuſcepim⁹ hāc crucē
propter ihm perſeuerem⁹ in cruce
Erit adiutor noſter qui ex dux no
ſter ⁊ preceſſor. En rex noſter ingre
ditur ante nos: qui pugnabit pro
nobis. Sequamur viriliter. nemo
metuat terrores. ſim⁹ parati mori
fortiter in bello. nec inferamus cri
mē glie noſtre vt fugiam⁹ a cruce.

Quod homo non ſit nimis
deiect⁹ quā in aliquos la
bit defectus Cap. lxij.

Fili magis placet mihi pa
tientia ⁊ humilitas in ad
uerſis q̄ multa conſolatio
⁊ deuotio in proſperis. Ut quid te
contriſtat paruū factū contra te di
ctum? Si amplius fuiſſet cōmoueri
nō debuiſſes. ſed nūc diſſimule tranſi
re. nō eſt primū nec nouū: nec vlti
mum erit ſi diu vixeris. Satis vi
rilis es quādiu nil obuiat aduerſi.
bene etiam conſulis. ⁊ alios noſti
roborare verbis: ſꝫ cum ad ianuā
tuā venit repentina tribulatio de
ficis cōſilio ⁊ robore. Attende ma
gnam fragilitatem tuam quam ſe
pius experiris ī modicis obiectis.
Tamen pro ſalute tua iſta fiūt: Cū
hec ⁊ ſimilia contingunt: Pone vt
melius noſti ex corde. ⁊ ſi te tetigit
nō tamē deiiciat nec diu implicet.
Ad minus ſuſtine patienter ſi non
potes gaudenter. Etiā ſi minus li
benter audis ⁊ in dignationē ſen
tis: Reprime te. nec patiaris aliqd
inordinatū ex ore tuo exire vnde
paruuli ſcandaliſentur. Cito com
quieſcet cōmotio excitata ⁊ dolor
internus reuertēte gratia dulcora
bit. Adhuc viuo ego dicit dñs iu
uare te paratus ⁊ ſolito ampli⁹ cō
ſolari ſi confiſus fueris mihi ⁊ de
uote inuocaueris. Animequior eſto
⁊ ad maiorē ſuſtinentiā accingere.
Non eſt totum fruſtratum ſi te ſe
pius percipis tribulatum vel gra



uiter temptatū. Homo es ⁊ non de⁹
caro es ⁊ nō angelus. Quomodo
tu poſſes ſemp in eodē ſtatu vir
tutis permanere quādo hoc defuit
angelo ī celo ⁊ primo homini ī para
diſo: qui nō diu ſteterūt. Ego ſum
qui merentes erigo ſoſpitate: ⁊ ſuā
cognoſcentes infirmitatem ad meā
pueho diuinitatē. Dñe benedictū
ſit verbum tuum. dulce ſup mel ⁊
fauū ori meo. Quid facerē ī tantis
tribulationibus ⁊ anguſtijs meis
niſi me cōfortares tuis ſanctis ſer
monib⁹? Dūmodo tandē ad portū
ſalutis perueniā. quid cure eſt que
⁊ quanta paſſus fuero? Da finē bo
num. da felicē ex hoc mūdo tranſi
tum. Memento mei deus me⁹: ⁊
dirige me recto itinere in regnum
tuum. Amen.

De altioribus rebus ⁊ oc
cultis iudicijs dei non ſcru
tandis Cap. lxiij.

Fili caueas diſputare de al
tis materijs ⁊ de occultis
dei iudicijs. Cur iſte ſic re
linquitur ⁊ ille ad tantā gratiā aſ
ſumit: cur etiā iſte tantū affligit ⁊
ille tam eximie exaltat: Iſta omnē
humanā facultatē excedūt. nec ad
inveſtigādū iudiciū diuinū vla ratō
preualet vel diſputatio. Quādo er
go hec tibi ſuggerit inimic⁹ vel etiā
quidā curioſi inquirunt homines
reſpōde illud pphete: Iuſt⁹ es dñe
⁊ rectum iudiciū tuū. Et illud: Iu
dicia dñi vera iuſtificata in ſemet
ipſa. Iudicia mea metuenda ſūt nō
diſcutienda. quia humano intelle
ctui ſunt incomprehenſibilia. Noli
etiā inquirere vel diſputare de me
ritis ſanctorum quis alios ſanctior
aut quis maior fuerit in regno ce
lorum. Talia generant ſepe lites ⁊
cōtentiōes inutiles. nutriūt quoqꝫ
ſuperbiā ⁊ vanā gloriā. vnde ori
untur inuidie ⁊ diſſenſiones. dum
iſte illum ſanctum ⁊ alius aliū co
natur ſuperbe preferre. Talia aūt
velle ſcire ⁊ inueſtigare. nullū fru
ctū afferūt. ſꝫ magis ſanctis diſpli
cēt: quia nō ſum deus diſſenſionis
ſed pacis: que pax magis in humi
litate vera q̄ in propria exaltatōe
conſiſtit. Quidam zelo dilectionis
trahunt ad hos vel ad illos ampli
ori affectu. ſed humano potius q̄ di
uino. Ego ſum qui cūctos cōdidi
ſanctos ego donaui grām ego pre
ſtiti gloriā ego noui ſingulorꝫ meri
ta. ego preueni eos ī benedictiōib⁹
dulcedinis mee ego pſciui dilectos
ante ſecula ego eos elegi de mūdo
nō ipſi me preelegerūt ego vocaui
p gratiā attraxi p miſericōdiā ego
pduxi eos p temptatiōes varias ego
infudi cōſolatiōes magnificas ego
dedi pſeuerātiā. ego coronaui eorꝫ
patientiā ego primū ⁊ nouiſſimū
agnoſco. ego oēs ineſtimabili dile
ctiōe amplector ego laudādus ſū in
oib⁹ ſanctis meis ego ſup oia benedi
cēdus ſū ⁊ honorādus in ſingulis
quos ſic glorioſe magnificaui ⁊ pde
ſtinaui ſine vllis precedētibus pro
prijs meritis. Qui ergo vnū ō minimis
meis contempſerit. nec magnū ho
norat: qꝛ puſillū ⁊ magnū ego feci

Et qui derogat alicui ſanctorũ de rogat mihi ⁊ ceteris omnib⁹ i regno celorũ. Omnes vnũ ſũt p charitatis vinculũ. idem ſentiũt. idez volunt ⁊ omnes in vnũ ſe diligũt. Adhuc autẽ quod multo altius ẽ. plus me q̃ ſe ⁊ ſua merita diligũt. Nam ſupra ſe rapti ⁊ extra ꝓpriã dilectionẽ tracti toti in amorẽ mei pergũt. in quo ⁊ fruitiue quieſcũt. Nihil ẽ quod eos auertere poſſit aut deprimere. quippe q̃ eterna veritate pleni igne ardeſcunt inextinguibilis charitatis. Taceãt igitur carnales ⁊ animales hoĩes de ſanctorũ ſtatu diſſerere. qui nõ norũt niſi priuata gaudia diligerẽ. Demũt ⁊ addunt pro ſua inclinatione. nõ put placet eterne veritati. In multis eſt ignorantia. eorũ maxime q parũ illuminati raro aliquẽ pfecta dilectiõe ſpirituali diligere norũt. Multi adhuc nãli affectu ⁊ humana amicitia ad hos vl̃ ad illos trahũtur ⁊ ſicut in inferiorib⁹ ſe habent ita ⁊ de celeſtib⁹ imaginant. Sed ẽ diſtantia incõparabilis que impfecti cogitant ⁊ que illuminati viri p reuelationẽ ſupnã ſpeculãt. Caue ergo fili de iſtis curioſe tractare que tuã ſciẽtiã excedũt ſz h⁹ magis ſatage ⁊ intende vt vel minim⁹ in regno dei queas inueniri. Et ſi quiſpiã ſciret qs alio ſctior eſſet vel maior haberet in regno celoꝝ quid ei hec noticia prodeſſet: niſi ex hac cognitione corã me humiliaret. ⁊ i maiorẽ nominis mei laudem exurgeret: Multo acceptius deo facit qui d̃ peccatoꝝ ſuoꝝ magnitudine ⁊ virtutũ ſuarũ paruitate cogitat: ⁊ q̃ lõge a ſanctorũ perfectione diſtat. q̃ is q̃ de eorũ maioritate vel paruitate diſputat. Melius ẽ ſanctos deuotis precib⁹ ⁊ lachrymis exorarẽ ⁊ eoꝝ glorioſa ſuffragia humili mente implorare. q̃ eorũ ſecreta vana iquiſitiõe pſcrutari. Illi bene ⁊ optime contẽtant. ſi homines ſcirent cõtentari ⁊ vaniloquia ſua cõpeſcere. Non gloriantur de ꝓpriis meritis quippe q̃ ſibi nil bonitatis aſcribũt. ſed totũ mihi quoniam ipſis cuncta ex infinita charitate mea donaui. Tanto amore diuinitatis ⁊ gaudio ſupereffluenti replent vt nihil eis deſit glorie nihilq; poſſit deeſſe felicitatis. Oẽs ſancti quanto altiores in gloria tanto humiliores in ſeipſis ⁊ mihi viciniores ⁊ dilectiores exiſtũt. Ideoq; habes ſcriptum: quia mittebant coronas ſuas ante deũ ⁊ ceciderunt in facies ſuas coram agno ⁊ adorauerũt viuentẽ in ſecula ſeculorum. Multi querũt quis maior ſit in regno dei. q̃ ignorant an cum minimis erũt digni cõputari. Magnũ eſt vel minimũ eſſe i celo. vbi omnes magni ſunt quia omnes filii dei vocabũt ⁊ erunt. Minimus erit in mille: ⁊ peccator cẽtum annoꝝ morief. Cũ eni quererẽt diſcipuli quis maior eſſet in regno celoꝝ. tale audierũt reſponſum: Niſi couerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruuli nõ intrabitis i regnũ celoꝝ. Quicũq; ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte hic maior ẽ in regno celorum. Ve eis qui cũ paruulis humiliare ſe ſponte dedignant. qm̃ humilis ianua regni celeſtis eos non admittet intrare. Ve etiam diuitibus qui habẽt hic conſolationes ſuas. quia pauperibus intrãtib⁹ i regnũ dei ipſi ſtabunt foras eiulãtes. Gaudete humiles ⁊ exultate pauperes. q: veſtrũ ẽ regnũ dei. ſi tñ i veritate ambulatis.

Q omnis ſpes ⁊ fiducia in ſolo deo eſt figenda Cap. lxiii.

Domine que ẽ fiducia mea quã i hac vita habeo? aut quod maius ſolatiũ meũ. ex omnib⁹ apparentib⁹ ſub celo: Nõne tu dñe deus meus cuius miſericordie nõ eſt numer⁹: Ubi mihi bene fuit ſine te: aut quãdo male eẽ potuit preſente te: Malo pauper eſſe propter te q̃ diues ſine te. Eligo potius tecũ in terra peregrinari q̃ ſine te celũ poſſidere. Ubi tu ibi celũ. atq; ibi mors ⁊ infern⁹ vbi tu non es. Tu mihi in deſiderio es. ⁊ ideo poſt te gemere ⁊ clamare ⁊ exorare neceſſe eſt. In nullo denique poſſum plene cõfidere q̃ in neceſſitatib⁹ auxilietur oppõtunũ niſi in te ſolo deo meo. Tu es ſpes mea ⁊ fiducia mea. tu ꝯſolator meus ⁊ fideliſſim⁹ i omnib⁹. Omnes que ſua ſunt q̃runt. tu ſalutẽ meam ⁊ profectũ meũ ſolũmodo pretendis. ⁊ omnia in bonum mihi conuertis: etiã ſi variis tentationibus ⁊ aduerſitatib⁹ exponas: Hoc totũ ad vtilitatẽ meã ordinas: q̃ mille modis dilectos tuos pbare cõſueuiſti. In qua probatiõe non minus diligi debes ⁊ laudari. q̃ ſi celeſtib⁹ ꝯſolationib⁹ me repleres. In te ergo dñe deus pono totã ſpẽ meã ⁊ refugiũ. in te omnẽ tribulationẽ ⁊ anguſtiã meã conſtituo. q: totuz infirmũ ⁊ inſtabile inuenio quicqd̃ ẽ extra te cõſpicio. Nõ enim ꝓderũt multi amici. neq; fortes auxiliarii adiuuare poterunt. neq; prudẽtes conſiliarii reſponſũ vtile dare. neque libri doctorũ ꝯſolari. nec aliq̃ precioſa ſubſtãtia liberare. nec locus aliq̃s ſecretus cõtueri ſi tu ipſe non aſſiſtas. iuues. conforteſ. cõſoleris. iſtruas: ⁊ cuſtodias. Oĩa nãq; que ad pacez videntur eſſe ⁊ felicitatẽ habendã. te abſente nihil ſunt. nihilq; felicitatis in veritate conferunt. Finis ergo oĩuz bonoꝝ ⁊ altitudo vite ⁊ profunditas eloquiorũ tu es. ⁊ in te ſup omnia ſpẽrare fortiſſimũ ſolatiũ ſeruoꝝ tuorũ. Ad te ſunt oculi mei. in te cõfido de⁹ me⁹ miſericordiaꝝ pater. Benedic ⁊ ſanctifica aĩaz meã bñdictione celeſti: vt fiat habitatio ſãcta tua ⁊ ſedes eterne glorie tue nihilq; i templo tue dignitatis inueniaf quod oculos tue maieſtatis offendat. Scdm̃ magnitudinẽ bonitatis tue ⁊ multitudinẽ miſerationũ tuarũ reſpice in me ⁊ exaudi orationem pauperis ſerui tui lõge exulãtis i regiõe vmbre mortis. Protege ⁊ cõſerua animã ſeruuli tui inter tot diſcrimina vite corruptibilis. ac comitante gratia tua dirige p viã

pacis ad patriã ꝑpetue claritatis
Explicit liber tertius.
Incipit quartus.

Deuota exhortatio ad ſacrã corporis xp̄i communionē. Uox xp̄i.

Uenite ad me omnes q̄ laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiã vos dicit dñs. Panis quē ego dabo. caro mea ē p mũdi vita. Accipite ⁊ comedite: hoc ē corpꝰ meũ: qḋ p vobis tradet. Hoc facite i meã cōmemorationē. Qui manducat carnē meã ⁊ bibit meũ ſanguinē i me manet ⁊ ego i illo. Uerba que ego locutꝰ ſũ vobis ſpũs ⁊ vita ſũt.

